⁊ ſaltatricum ac laſciuarum: pharmacopole id eſt vnguentarij ſeu vnguenti venditores. Mendici id eſt paraſiti ⁊ hiſtriones: mime id eſt ſaltatrices ⁊ cantatrices hiſtrionicam exercentes. Sunt tñ qui legant mimi: vt maſculinũ genus prepolleat: qđ ſi offendero: nõ deleam: nec ſi mime legat refellam: qꝛ eñ rara codicibꝰ fides: dũ ex ſua quiſqꝫ ſentẽtia: alius corrigere alius inuertere veteres codices audet: Acro aũt mime legitur: quõ ſibilus vitatur. balatrones. i. comedones ⁊ gule indulgentes. omne hoc genus laſciuoꝝ ⁊ luxurioſoꝝ hoim eſt meſtũ ac ſollicitũ morte. i. ꝑpter mortẽ tigelli. i. tigellij quippe: qꝛ certe ipſe erat benignus vt dicebãt ipſiꝰ amatores ⁊ ſectatores: cũ potius prodigus dicendus eſſet. Eſt aũt amara irriſio poete non carẽs ſatyrico ſcomate: vult ergo dicere ꝙ Tigellius ſummopere fugiebat auarus aut ſordidus reputari. In locutione aũt eſt zeugma a poſteriori vt noſcũt grãmatici. Contra. i. ecõtrario hic. i. aliꝰ metuens ne dicatur eſſe prodigus: nolit dare amico inopi ⁊ egenti aliquid quo poſſit propellere. i. procul a ſe pellere frigus ⁊ diram. i. ſeuam ⁊ imanem famẽ. ſi tu percuncteris. i. interroges hunc videlicet tigelliũ prodigũ cur ipſe malus. i. vitioſus ⁊ perditus ſtringat. i. diminuat paulatim ⁊ ꝯſumat ingluuie. i. voracitate gule ingrata id eſt odioſa heredibus: vel ingrata: qꝛ vnde beneficiũ accepit nõ refert: ſed ſibi dũtaxat viuit: ſtringat inquã preclaraꝫ rẽ. i. valde amplum ⁊ clarum patrimoniũ aui atqꝫ parentis. i. patris. i. qđ auus patri ⁊ pater ipſi filio dereliquit. ſtringat inquã patrimoniũ ſuũ: coemens. i. ſimul emens: omnia obſonia. i. oẽ genus cibariorum nũmis. i. pecunijs conductis. i. ad vſuram acceptis pro qbus tanq̃ ꝑ rebus conductis mercedem pendere debebat. Nã obſoniũ eſt quicqđ comedi poteſt vltra panem ipm: gallice pitance. Si tu ergo percuncteris hũc ipe reſpondet ꝙ hoc facit. ꝙ. i. qꝛ nolit: haberi. i. reputari ſordidus ⁊ parui animi: ipſe aũt hoc reſpõdens laudatur ab his. i. ab aliquibus qui ſiĉ faciunt aut quibus hoc prodeſt: ⁊ culpatur. i. arguitur ⁊ reprobatur ab illis. i. alijs: qui aut virtutẽ mediã. i. liberalitateꝫ aut vitiuꝫ oppoſitũ. i. auariciã colunt. Fuſidiꝰ diues agris ⁊ diues nũmis poſitis in fenore. i. ad vſuram: timet famã. i. infamiã vappe ⁊ nebulonis. i. ignaui ⁊ perditi hoĩs: ⁊ ideo hic exigit id ẽ expoſtulat capiti. i. principali ſumme expoſite quinas mercedes. i. pro ſingulis nũmis quinqꝫ atqꝫ vrget. i. compellit ſoluere tanto acrius. i. vehemẽtius quãto quiſqꝫ eſt perditior id eſt minus accurate res ſuas agens. Sectatur eñ. i. inſequitur ⁊ captat vt in libro ſuo ſcribat noĩa tironuꝫ id eſt nouorum militum: ⁊ hoc dico veſte virili. i. toga quã anno. xiiij. accipiebant ⁊ tunc ſtipendia facere poterant: ſumpta. i. accepta ſub duris id eſt ſeueris ⁊ rigidis patribus. Hoc auteꝫ vt dixi fecit propter peculium caſtrenſe: quis ſimul ac id eſt immediate poſtq̃ audiuit ꝙ fuſidiꝰ talia facit non exclamet: o maxime iuppiter: quare ſupple nõ percutis fulmine tam auarum ⁊ iniquũ hominẽ? Deinde poeta ponit obiectionẽ quaſi quis dicat. At pro ſed o horati. ille ſcilicet fuſidus facit ſumptũ. i. expenſas pro meſtu id eſt ſm magnitudinem queſtus ⁊ lucri: ⁊ ita videtur illi non inuidendũ ſi multa lucretur. Reſpondet poeta hic. i. dicis tu ꝙ hic videlicet fuſidiꝰ faciat ſumptũ pro queſtu: tu vix poſſis credere q̃. i. q̃tum nõ amicus id eſt inimicus ſit ſibi. hoc eſt q̃tum geniũ ſuũ fraudet. hoc eſt alimenta nature ſue debita ſubtrahat: ita id eſt in tm̃ eſt ſibi inimicus: vt ille pater ſcꝫ menedemus quẽ fabula id eſt tertia comedia Terenti. i. terẽtij inducit vixiſſe miſerũ: nato. i. filio videlicet clinia fugato. i. coacto ire ĩ militiaꝫ: non cruciauerit ſe peius. i. durius ⁊ accumulatius: atqꝫ. i. q̃ hic de quo loquor videlicet fuſidius.

Acro ❡ Siquis nunc querat. predictorum rationem exponit. Dum vitant: vt dum nolunt dici prodigi efficiũtur auari. Maltbinus tunicis demiſſis ambulat. Compoſuit nomẽ quaſi maltbos malthinus. Mecenatem tangit. varicoſus enim fuit delicatior ⁊ ſolutus. Eſt qui inguen ad obſcenum ſubductis vſqꝫ facetus. Eſt qui ſibi facetus eſſe videatur ſi altiore veſte vtat̃. Paſtillos rufillus olet gorgonius hircũ. hoc vult dicere ꝙ neqꝫ paſtillos homo debet olere: neqꝫ hircum.

Si quis nunc querat quo res hec pertinet. illuc:
Dum vitant ſtulti vitia in contraria currunt.
Malchinus tunicis demiſſis ambulat: eſt qui
Inguen ad obſcenum ſubductis vſqꝫ facetus.
Paſtillos rufillus olet: gorgonius hircum
Nil medium eſt. ſunt qui nolint tetigiſſe niſi illas
Quarũ ſubſuta talos tegat inſtita veſte.
Contra: alius nullã niſi olenti in fornice ſtantẽ.

Quidā notus homo cum exiret fornice:macte
Uirtute eſto:inquit ſententia dia catonis.
Nam ſimul ac venas inflauit tetra libido
Huc equū eſt iuuenes deſcendere:non alienas
Permolere vxores.nolim laudarier inquit
Sic me:mirator cūni cupēnius albi.

Sunt qui nolunt tetigiſſe:vnde ⁊ intacte virgines dicuntur:vt apud Uirgilium.Cui pater intactam dederat.id eſt ſunt qui nolint tāgere niſi matronas. Sub ſuta talos. id eſt q: matrone vtūtur ſtola dmiſſa vſq ad imos pedes cuius imā partem ambit inſtita ſubſuta. Inſtita autem dicitur to perinochion quod toge ſubſuebatur:quo matrone vtebātur. Subſutam veſtem pretextam dicit. Inſtita autem eſt tenuiſſima faſciola que pretexta dicitur.allegoricos autem dicit. Alias non vult niſi matronas petitum ire. Quidam notus homo:honeſtus et nobilis. Catone tranſeunte quidam exijt de fornice:quem cum fugeret laudauit et reuocauit. Poſtea cum eum frequentius exeuntem de eodem lupanari vidiſſet: dixiſſe fertur. Adoleſcens ego te laudaui tanq̄ interdum huc venires non tanq̄ hic habitares. Eſto aduerbium conſentientis vel approbantis: Dia:diuina. Catonis:catonem illum cenſoriuꝫ dicit Tetra:odioſa peſſima. Huc ad fornicem. Permolere: violare: polluere: affectare: ſubagitare: vt habemus in Terentio:de ipſo actu turpe dicit. Sic me mirator cūni cupennius albi. Cupennius quidam amator matronaruꝫ ait.hoc modo me laudari nolo.hic familiaritate Auguſti clarus fuit corporis ſui diligens:⁊ ſectator matronarum:alibi autem matronalis dicitur.

¶ Siquis nunc querat ⁊c. Oſtendit ad quod propoſitum Tigellij prodigalitatem ⁊ fuſidij auariciam deſcripſerit:vt ſcilicet oſtendat q̄ dum vitant ſtulti vitia in contraria currunt:quod in de arte poetica ſic dicit. In vitium ducit culpe fuga ſi caret arte. Monet ergo vt ſic vitem⁹ vnum extremum vitioſum ne in alterum precipitemur:ſed circa medium moremur. Malchinus tunicis demiſſis ambulat. Probat idem aliorum exemplis.⁊ ſm nonnullos Mecenatem ⁊ Agrippam tangit. Nam mecenas veſtibus talaribus ⁊ eiſdē tenuiſſimis vtebatur:vnde de veſtibus precioſis quos catullus iactauit dicit Iuuenalis ſatyra duodecima. Precipitare volens etiam pulcherrima.veſtem purpuream teneris quoq Mecenatibus aptam. Nec obſtat q̄ mecenas ſummus amicus ⁊ fautor Horatij erat:quia etiam amicorum vitia moderate notabat: vnde de eo dicit Perſius. Omne vafer vitium ridendo flaccus amico. Tangit ⁊c. Malchinus autem vocatur quia malachos mollem ſignificat. In acronis commētarijs tamen ſcriptū reperi Malthinus:⁊ ſimiliter i porphirionis:a maltha qḋ malachos id ē mollis dicitur. Agrippam autem dicunt vſum veſtibus ad nates vſq deciſas:vnde hic facetus dicitur. Nam facetus is proprie dicitur qui facit vrbane:aut dicit cum geſtu non inuenuſto. Dici autem ſolet de talibus tunicis q̄ nihil ſit eis facetius:quia ſemper ſtant:quando domin⁹ earum ſedet. Demiſſis id eſt deorum miſſis:ſubductis id eſt ſuſum vel ſurſum ductis. Paſtillos a pane per diminutioneꝫ dictos affirmat feſtus pompeius:vt ſit panis ex aliqua admixtione ſuaui. Alij tamen volunt paſtillos hic vnguentum ſignificare. Quidam notus homo ⁊c. Si hanc ſententiam Catonis quā poeta diuinam dicit:intelligas ſic quaſi ſine vitio aut peccato liceat accedere meretrices ⁊ proſtitutas:falſo intelligis:ſed id pretendit Cato ⁊ etiam poeta.q̄ minus malum eſſet ad proſtitutas accedere q̄ alterius torum violare. Qḋ vero Cato hoc ſenſit:patet quia frequentanti lupanaria dixit non debere eum illic habitare. Et poeta in textu dicit hoc faciendum eſſe quando tetra libido vrget:per hoc enim q̄ dicit tetram libidinem ad hoc inſtigare:ſignificat non honeſtum eſſe factum:ſed tolerabile vitium:vnde lex ciuilis non approbat:ſed tolerat in ciuitatibus bonis proſtibula. Non tamen in honeſto loco debeant conſtitui:vnde hic dicitur deſcendere: quaſi ad locum abiectum. Nam ⁊ fornices ſunt ſpecus illi qui ſunt ſub arcubus murorum ciuitatis:aut theatri aut ſub arcubus triumphalibus in quibus proſtitute reſidebant: ⁊ inde fornicari dictum eſt. Permolere ſubagitare:ſatyrica petulantia dicitum eſt. Nam rem veneream ſignificat in qua alter alteri ſuperponitur vt mola mole dum rotatur. Laudarier pro laudari: per paragogen comicam. Mirator:laudator: ⁊ ſectator.ſic Lucanus. Miratorq catonis id eſt imitator. Cupennius de quo porphirio ſic dicit. C. Cuppenius libo Cumanus Auguſti familiaritate clarus corporis ſui diligentiſſimus:ſectator matronarum concubitus. Albi cunni miratorem videt mihi non pro candido dixiſſe:cum vtiq poſſint et vulgares mulieres etiam me

Permolere

retrices cādice eſſe: ſed ad veſtē albā qua matrone maxime vtunt̄ relatū eſt. hec ille. Macte. i. magis aucte. i. cumulate ſignificat: quo verbo in ſacrificijs auctis ⁊ accumulatis vtebantur. ⁊ ad eos quoꝝ virtutē augeri volebāt etiā dicere ꝯſueuerūt. Repertū eſt etiā mact⁹. Nā olim integrū erat. Nunc preter vocandi caſum nullū oſtenderis. Ordo eſt. Si quis querat nunc quo. i. ad quod propoſitū hec res quā de tigellio ⁊ fufidio dixi pertinēt: dicā ſupple ꝙ pertinet illuc. i. ad illud propoſitū ꝙ dū ſtulti vitant. i. effugere conantur. vitia que ſunt in altero extremo. currunt. i. precipites ruunt in contraria. que ſunt in reliquo extremo. Malchinus. i. quidā mollis ⁊ delicatus vt mecenas ambulat. i. ocioſus incedit: tunicis demiſſis. i. deorſuz ad talos vſq; miſſis. eſt alius (vt agrippa ſm quoſdā) qui exiſtens facetus vel volens videri facetus: ambulat tunicis ſubductis. i. ſurſum ductis vſq; ad obſcenū inguē. i. vſq; ad podicē. Rufillus vir ille delicatus. olet paſtillos. i. ſemper odorē habet paſtilloꝝ. i. bonoꝝ odoꝝ. ⁊ gorgonius homo fedus ⁊ incultus: olet hircū. i. fetorē hircinū: maxime ſub alis habet. Unde nil eſt mediū. i. nulli ſeruāt mediū: in quo tamen virtus moralis conſiſtit. Sunt nonnulli qui nolint tetigiſſe. i. polluiſſe ⁊ naturaliter cognouiſſe niſi illas: quaꝝ talos. i. imas ptes crurum: inſtita. i. tenuis faſciola: tegat. i. cooperiat: veſte ſubſuta. i. ſtola habēte inſtitā ſubſutā. hoc eſt niſi matronas que ſtolis albis vtebantur. Contra. i. ecōtrario alius nolit tetigiſſe niſi ſtantē. i. proſtantē in fornice. i. lupanari olēti. i. fetenti. Quidā homo notus. i. nobilis ⁊ iuuenis tū. cū exiret fornice. i. proſtibulo: ⁊ viſo catone vellet fugere. ſententia dia. i. diuina catonis inquit macte. i. o magis aucte virtute. eſto. i. permittatur tibi hoc facere. Nā ſimul ac. i. ſtatim poſtꝙ tetra. i. obſcena libido i. appetitus venereus inflauit. i. incitauit venas ad luxuriā: equū. i. pmiſſuz eſt vos o iuuenes deſcēdere huc. i. ad lupanaria: ⁊ non eſt equū permolere. i. ſubagitare alienas vxores. Cupenius. i. C. cupenius libo: mirator. i. laudator ⁊ ſectator cūni. i. mēbri muliebris albi. i. alba ſtola tecti. hoc eſt matronalis inquit ego nolim me laudarier. i. laudari. ſic. i. ſicut laudat⁹ eſt iuuenis qui non ad matronas ſed ad meretrices acceſſit.

ACRO. ¶ Audire eſt operepreciū ⁊c. Audire inquit que patiunt̄ mechi qui eos odiſtis. fruct⁹ eſt his qui odere mechos audire quantis incōmoditatibus affligant̄. Uel etiā operepreciū eſt audire ꝙ etiā voluptas quā capiunt mechi non eſt plena. Imminuitur autez multis incōmoditatibus. Ordo eſt. Operepreciū eſt audire vos mechos qui non vultis procedere recte ad meretricem: quemadmodū laborent omni parte: ⁊ quemadmodū ſepe cadat hec voluptas inter dura pericula: corrupta multo dolore tā in expendendo pecunias ꝙ̄ propria membra perdendo. Urbane abutitur ennianis verſibus. Ille enim ait. Audire eſt operepreciū procedere recte: Qui rez romanā latiūq; augeſcere vultiſ. Sed illud vrbanius quia cū ennius vultis dixerit. hic non vultis intulerit. Cadat. pertingat. eueniat. quia raro contingunt concubitum matronarum quas amāt. Sepe inter dura pericla que iminent illis. quia inter maxima pericula raro euenit volu-

Audire eſt operepreccium procedere recte
Qui mechos non vultis: vt omni parte laborent:
Utq; illis multo corrupta dolore voluptas:
Atq; hec: rara cadat dura inter ſepe pericla.
Hic ſe precipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortem ceſus: fugiens hic decidit acrem
Predonū in turbā: dedit hic pro corpore nūmos
Hunc perminxerunt calones: quinetiam illud
Accidit vt quidam teſtes caudamq; ſalacem
Demeteret ferro: iure omnes. galba negabat.
Tutior at quanto merx eſt in claſſe ſecunda?
Libertinarum dico. ſaluſtius in quas
Non minus inſanit ꝙ qui mechabatur. at hic ſi
Qua res qua ratio ſuaderet quaq; modeſte
Munifico eſſe licet: vellet bonus atq; benignus
Eſſe: daret quantum ſatis eſſet: nec ſibi damno
Dedecoriq; foret: verum hoc ſe amplectitur vno
Hoc amat ⁊ laudat: matronam nullam ego tāgo.

Ut quondam marſeus amator originis ille
Qui patrium mime donat fundumqꝫ laremqꝫ
Nil fuerit mi inquit cum vxoribus vnꝙ alienis.
Uerum cum mimis ⁊ cum meretricibus. vnde
Fama maluꝫ grauius ꝙ res trahit. an tibi abūde
Perſonam ſatis eſt: non illud quicquid vbiqꝫ
Officit: euitare: bonam deperdere famam:
Rē patris oblimare: malū eſt vbicūqꝫ. quid inter
Eſt in matrona: ancilla pecces ve togata:

ptas. Ille flagellis ad mortē ce-
ſus. hoc de ſaluſtio videtur dice-
re. Saluſtius enim Criſpus in
fauſte filie ſylle adulterio depre-
henſus ab annio millone flagel-
lis ceſus eſſe dicitur: quem aſco
nius pedianus invita eius ſigni
ficat. Ad mortem autem prope
mortē. Dedit hic pro corpore nū
mos. ne ſtupraretur: ſed melius
ne caſtraretur. Pro corpore au-
tem pro obſcena parte corporis
Hunc permixerūt calones. ſtu Calones
prauerunt. Calones ſunt mini- Lyxe.
ſtri militum: liberi homines. Ly
xe vero ſunt ſerui proprij eorun-
dem. Accidit. ſolet accidere. Teſtes. teſticulos. Caudamqꝫ ſalacem. virgam virilis membri. Sa Salax.
laces dicuntur libidinoſi. ſalacem ergo libidinoſam. dicitur enim membrum illud in quo libido
eſt eſſe ſalſum. alij a ſaliendo dicunt ſalacem. Demeteret abſcinderet. multis (inquit) etiam vi-
rilia amputata ſunt. Iure omnes ſupple factum eſſe dicebant. Galba negabat. Galba iuriſperi
tus ⁊ ipſe ſectator matronarū: qui dicebat non iure factum vt teſtes amputarentur. quia primo
adulterij pena pecuniaria erat. Tutior at quanto merx eſt in claſſe ſecunda. Quanto melius et
tutius eſt vti libertinis comparatione adulterij. Sed dicit tanto ardore fertur Saluſtius in li-
bertinas: quanto mechus in matronas. Ipſi enim ſaluſtio in ſenatu a cenſoribus hoc obiectū
eſt. Tamen ille non ſe matronarum: ſed libertinarum ſectatorem eſſe teſtatus eſt. ⁊ ideo ex ſena
tu expulſus eſt. Quod excuſat idem in catiline bello. Senſus autem hic eſt. Dico tutius eſſe vt
libertine appetantur: ſed ⁊ in ipſis ſi quis propenſior fuerit infamatur vt ſaluſtius criſpus. Qua
res qua ratio ſuaderet in antiquioribus. ꝙ res inuenio. vt ſit ſenſum inquantuꝫ. Qua res deeſt
tenus. ac ſi diceret ea tenus quatenus res ⁊c. Ex ſequentibus enim hoc intelligimus. qua res.
qua ratio. quantum res: quantum ratio. At hic ſi vellet. iungamus vt ſit. Si hic vellet bonus vi
deri. id eſt ſaluſtius ſi vellet ea ratione qua modeſto vti licet largus atqꝫ benignus eſſe: daret
ꝙtum ſatis eſſet: ⁊ ꝙtum ipſa res flagitaſſet. Uerum hoc ſe amplectitur vno. hoc ſibi ſolo blan-
ditur Ut quondam marſeus amator originis. vt quondam inquit marſeus amauit mimam quā
dam originem nomine: in qua patrimonium ſuum expendit. Unde. ex quo amore maiorem pa-
teris infamiam ꝙ profuſionem. Nam meretricibus vti conceditur non amare. Fama malū gra
uius ꝙ res trahit. Fama malum trahit quod grauius eſt ꝙ qđ res familiaris. An tibi abūde ꝑ
ſonam ſatis eſt. zeugma ab inferiori euitare. id eſt non ſufficit tibi euitare perſonam niſi illud vi
taueris quod vbiqꝫ obeſt. Non enī tantūmodo obeſt tibi ſi amas matronam: ſed etiam meretri
cem. Bonam deperdere famam. Hoc ex perſona ſua dicit Horatius intelligi volens ex nimio
mimarum aut meretricum amore vexari quidem cenſum: ſed multo grauiora damna fame acce
dere. Oblimare. detere re: conſumere. tractū a lima qua fabri vtuntur. aut certe a limo. vt ſit ob-
ducere. vt dicimus quedam limo obducta periſſe. Quid intereſt in matrona ancilla pecces. Ne
gat intereſſe quicꝙ vtrum quis in matrona an in ancilla an etiam in adultera delinquat: ſecut⁹
opinionem ſtoicorum: qui omnia peccata paria eſſe dicunt. Neqꝫ enim rei admiſſe quantita-
tem: ſed admittentis voluntatem ſpectant. Pecces ve togata. Matrone que a maritis ob adul
terium repudiabantur togam accipiebant ſublata ſtola propter ignominiam. Toga autem me-
retrici apta eſt. ita enim proſtare ſolebant cū togis puelle vt diſcernerentur a matronis. ⁊ ideo
que adulterij damnate fuerant hac veſte vtebantur. Aliter. Togate dicebantur in publicū pro-
cedere femine adulterij admiſſi cauſa. Alij togatam dicunt libertinam. quia antea libertine to-
ga vtebantur. hec Acro. ASCEN.

¶ Audire eſt operepretium. In hoc textu auctor tria facit.
Primo dehortatur ab adulterio ⁊ matronarum concubitu: oſtendens eos qui matronas ſectan
tur raro libidinem ſuam explere: aut voluptatem conſequi: propter cuſtodiam matronarum. ⁊
ꝙ quando intentum obtinuerunt in maximo periculo ſint: ⁊ ſepe multos dolores pati. Nā alius
eorum cogitur ſe precipitare de tecto aut per feneſtram. alius flagellis ceditur vſqꝫ prope mor-

tem.alius ſpoliatur abillis qui ad hoc inuigilant.alius coactus eſt corpus ſuū ⁊ maxime virilia
redimere ab auaro marito.alius ſtupratur:quodvitiū turpitudinis ⁊ innominabile dicitur.aut
vrina conſpergitur.Alius teſticulos ⁊ caudā virilē amittit.Secundo oſtendit amores in liber-
tinas eſſevitioſos ⁊ ſepe damnoſos.⁊ hoc exemplo ſaluſtij hyſtoriographi:qui cū libertinas per
dite amaret ⁊ patrimoniū ſic conſumpſiſſet:nec vereretur earū amores fateri ex ſenatu expul-
ſus eſt ⁊ infamis habitus.Tertio exemplo marſei probat meretricios amores eſſe cauſaz fame
bone ac rei familiaris perdende.vnde concludit non ſatis eſſe perſonā certā in peccato fugere
ſed oportere ipſum peccatū in quacunq; perſona deuitare.Illud aūt q̄d intereſt in matrona ⁊c.
Acro ſm ſtoicoꝝ diſciplinā eſſe dictū docet.qui dicunt omnia vitia eſſe paria.Contra quos eſt
tamen ſequens fere ſatyra.vnde oportebit dicere poetā more poetico diuerſas opiniones reci-
tare.aut ſenſum eius fuiſſe ꝙ non refert in qua perſona quis peccat:cū ſine peccato eſſe nō poſ
ſit.ꝗuis grauius ſit in vna perſona q̄ in alia.Prima dictarū partiū eſt in principio.ſecunda ibi
Tutior at quanto.Tertia ibi.Ut quondā marſeus.Primoꝝ duoꝝ verſuū duplex eſt ſenſus.Pri
or vt ſit.o vos qui non vultis mechos procedere recte.i.habere bonū proceſſum ⁊ proſperitatē
operepreciū eſt.i.dignū opera hoc eſt vtile ⁊ iucundū eſt tanq̄ res habens in ſe preciū ⁊ merce
dē laboris:audire qualiter in omni parte laborent.Et ſic videtur intelligere Acro.⁊ ita legi de-
bet:ſicut etiā ipſe legit in actō mechos.vel in eodē ſenſu poteſt legi mechis in datiuo.vt ſic:vos
qui non vultis votuz ⁊ inſtitutū procedere mechis recte:operepreciū eſt audire.Alius ſenſus
eſt.o vos qui non vultis procedere ad ſcorta veſtra recte.i.directa via ⁊ publica:ſed ſinuoſo fle-
xu ⁊ ſecreto itinere operepreciū eſt vos audire in quanto periculo ⁊ q̄ modica voluptate tales
ſint.⁊ tunc mechis erit datiuus localis.vt ſit.qui non vultis procedere mechis.i.ad mechas ⁊
concubinas ſeu ſcorta veſtra:recte ⁊c.Dura pericla.per ſyncopā pro pericula.Nūmos pro cor-
pore.vel ne ſtupretur aut occidatur.vel ne caſtretur.⁊ hoc vltimo modo poneretur totū pro par
te.corpus pro membro virili.Caudā ſalacē a ſaliendo potius dici volunt ꝙ membrū illud in libi
dine ſaliat.Galba negabat eē iure factū.In qua re amare Seruiū galbā iuriſcōſultū poeta no
tat quaſi contra manifeſtū ius pro adulteris reſponderet:quia ⁊ ipē adulter eſſet.Tutior at quā
Claſſis to merx eſt in claſſe ſecunda.Claſſis precipue duo ſignificat.primo cōgregationē pluriū nauiū
ꝗq̄ pro vna naue etiā apud Uirgiliū interdū accipiatur.⁊ ſunt qui volunt a ſonitu aquaruz in-
ter naues fractarū nomen accepiſſe.Alij aūt a ligno quod greci calon vocāt.vnde;⁊ cala pro fu
ſte lignea quā milites interdū portant accipitur a lucilio cū dicit.Frāge calā miſer vt caleas.i.
frange baculū tuū ⁊ fac ignē vt caleas.Inde aūt dicūtur calones:q̄ baculos poſt dn̄os ſuos por
Calones. tant.Secūdo accipit̄ claſſis ꝓ portiūcula alicu⁹ multitudinis in varios ordines ꝓ diuerſis me
ritis ⁊ officijs diſtincte.vnde apud quintilianū precipiūtur diſcipuli debere in claſſes diſtribui
vbi ergo vulgo dicitis.ego ſum de primo aut de ſecundo loco.doctius diceretis.ego ſum de pri
ma aut ſecunda claſſe.Liuius aūt oſtendit quinq; fuiſſe militū claſſes in exercitu romanoꝝ.⁊ in
de reor claſſica dicta:tubarū clangores quibus milites vt in claſſes ſuas eant ⁊ ad hoſtium tur-
mas agminatim procedant exhortantur.Totus aūt muliebris ſexus in tres claſſes diſtribui po
teſt ſm ꝙ tres ſunt ſtatus hominū.Nā omnis homo aut liber genitus eſt ⁊ in nullā ſeruitutez
redactus.⁊ ſic dicitur ingenuus ⁊ liber.aut in ſeruitute natus aut in ſeruitutē redactus.nūc ta
men manumiſſus eſt ⁊ libertate donatus ⁊ ſic libertinus eſt.Aut adhuc in ſeruitute tenetur:⁊
tunc ſeruus dicitur.Sic ⁊ in mulieribus matrone ingenue ⁊ libere ſunt ⁊ primā claſſem faciūt.
libertine ſecundā.ancille tertiā.Dicitur aūt matrona(vt aulus gellius vult)que vt mater fiat ī
vxorē ducitur.ꝗuis nondū mater ſit.Et qui poetā in illo verſu Eſt in matrona ancilla pecceſve
togata.volunt de his tribus claſſibus loqui:dicunt togatā pro libertina capi.Alij aūt aliū ordi
nē attendentes accipiendā putant pro deprehenſa in adulterio:⁊ propterea infami.ſicut in ſe-
cunda ſatyra Iuuenalis patet.vbi dānate propter adulteriū oſtendunt̄ accipere togā more me
retricū.vnde bonus ordo eſſet vt dicatur nihil intereſſe q̄tū ad fame ⁊ rerū perditionē:an quis
peccat in matrona.i.libera ⁊ coniugata.an in ancilla.i.ſoluta ſed non proſtituta.an vero in to-
gata.i.infami ⁊ proſtituta.Cū tn̄ grauius ſit peccatū in matrone corruptione q̄ in ancille.⁊ in
ancille q̄ in meretricis concubitu.Ordo eſt.O vos qui non vultis mechos.i.adulteros proce-
dere.i.habere proceſſum ⁊ proſperitatē.recte.i.ad libitū eoꝝ.vel ſic.o vos qui non vultis cona-
tū procedere:recte.i.proſperari mechis.i.adulteris.vel vt dixi ſic.o vos qui non vultis procede
re.i.proficiſci.recte.i.recta via:mechis.i.ad mechas.vt ſit datiuus localis.operepreciū eſt audi
re ⁊c.Inter has conſtructiones ne te incertū faciā meo iudicio prima preferenda eſt:⁊ ei⁹ ſen-

ſus eſt.o vos qui odiſtis mecbos ⁊ non vultis eos proſperare:audite aduerſitates quas patiun
tur. Ideo autem alloquitur eos qui adulterium non amant.quia adulteri non libenter audiunt
ſua incommoda.⁊ ſm banc lectionem dicendum eſt mecbos in accuſatiuo. Ad quod dicendū
multum nos inuitat.ꝙ bi duo verſus ſumpti ſunt ex ennio:apud quem accuſatiuus preconſtru
itur illi verbo procedere cum dicit. Audire eſt opereprecium procedere recte qui rem romanā
vultis ⁊c. Legamus ergo ſic. O vos qui non vultis mecbos.i.adulteros procedere recte.i. ba
bere rectum proceſſum ⁊ proſperitatem:opereprecium eſt.i.iocundū ⁊ res digna labore audire
vt.i.qualiter:mecbi ſupple laborent.i.in periculo ⁊ labore ſint et omni parte.ꝗ pro et:vt.i.qua
liter voluptas quam babent in peccato adulterij cadat.i.accidat:contingat illis corrupta.i.di
minuta multo labore propter multos labores.⁊ cadat illis rara ⁊ ſepe inter dura pericla.i. peri
cula.vnde bic.i.vnus eorum dedit ſe precipitem tecto.i.precipitauit ſe de tecto:marito ſcilicet
aduentante ſubito.ille.i.alius ceſus eſt.i.percuſſus eſt flagellis vſq; ad mortem excluſiue: ſicut
de ſaluſtio narratur.bic.i.alius fugiens decidit in acrem.i.vebementem ⁊ immitē turbam pre
donū: qui noctu vias publicas per quas ille fugere putauit obſident.bic.i.alius : dedit nūmos
pro corpore ne ſtupretur.vel pro membro virili ne caſtretur.calones.i.miniſtri militū: permin
xerunt bunc.i.alium.i.vrina fedauerunt:aut ſtupro ſodomitico polluerunt. quinetiā illud acci
dit vt quidā maritus ſcȝ demeteret.i.abſcinder et ſicut meſſores berbas abſcindūt.ferro.i.cul
tro ferreo:teſtes.i.teſticulos:⁊ caudā.i.virgā:ſalacem.i.libidinoſam . boc eſt membrum virile
Omnes ſupple dicebant factū ſupple iure.i.iuſte ⁊ ſm iura. Sed galba.i.ſeruiꝰ. galba iuriſcon
ſultus negabat ſupple iure factū eſſe.qꝛ cū ipe eſſet adulter ⁊ matronarū ſectator nolebat adul
teros tā acriter puniri. At pro ſed:quanto tutior.quaſi dicat multo tutior eſt merx.i.res famili
aris in ſecūda claſſe.i.in ſcdo ordine mulierū. Hic nota ꝙ pulcbre vſus ē auctor vocabulꝰ vtriq;
ſignificato buiꝰ nois claſſis ꝯuenientibꝰ. Nā merx:cis.eſt res quā mercatores ꝑ claſſes traducūt
venalē.vñ bñ dixit.merx eſt in claſſe ſecūda.⁊ allegorice loquitur de re illa quā babemꝰ in ſtatu
libertinarū.vnde ſe exponit auctor dicens.ego dico in claſſe libertinarū.i.mulierū libertine cō
ditiōis.i.ꝗ ingenue ſūt neq; ancille:ſȝ medio mō ſe bñt.qꝛ ancille fuerūt:ſȝ libertine facte ſunt.
vnde potiꝰ libertine ꝙ libere dicunt.in quas.i.circa quas libertinas. Saluſtiꝰ.i.ſaluſtiꝰ criſpus
nobiliſſimꝰ byſtoriograpbus:non minus.i.ita inſanit:ac.i.ſicut qui mecbatur.i.adulteriū com
mittit. At pro ſed.ſi bic videlicet ſaluſtiꝰ vellet eſſe erga libertinas amicas ſuas:bonꝰ.i. cōmo
dus atq; benignus.i.beneficus.eatenus ſupple:qua.i.quatenꝰ res.i.patrimoniū eiꝰ ſuaderet: ⁊
qua.i.quatenus:boc eſt inquantū.ratio ſuaderet.i.permitteret.ꝗ pro ⁊:qua.i.quatenus vel in
quantum licet.i.licitū eſt vnicuiq; eſſe munifico.i.muneris largitori.ipſe daret ſupple tantum
quantum eſſet ſatis.nec pro et non.⁊ non foret.i.eſſet ſibi damno.i.ad damnū. ꝗ pro ⁊ dedeco
ri.i.ad dedecus ad infamiam.verūȝ pro ſed.ipſe ſaluſtius ſupple:amplectitur.i.palpat ſe. boc eſt
placet ſibi.boc vno ⁊ amat ⁊ laudat boc vno ſe ꝙ poteſt dicere.matronā nullā ego tango . nul
lam pro non ⁊ vllā.ego non tango.i.polluo corrumpo.vllā matronā.i.coniugē legitimā alicuiꝰ
liberi bominis.vt.i.quemadmodum marſeus ille.i.notiſſimus amator originis.i. mime ⁊ me
retricis ſic dicte:qui donat.i.donauit: patriū fundū.i.oēm rem imobilē quā a patre ſuo ſucceſ
ſione bereditaria ſuſcepit:cuiuſmodi ſunt arua ⁊ vinee.ꝗ pro ⁊ patriū larē.i.domū paternam:
inquit.i.dicit. Nil.i.nulla res venerea.vel nullum commercium naturale fuerit.mi.i. mibi vnꝙ
cum alienis vxoribus . Nota a genitiuo mis fit mi in datiuo . quo Virgilius ⁊ Horatius ſatis
crebro vtuntur.mis autem in vſu non eſt. A genitiuo autem mei:fit datiuus mibi. Itē vxor di
citur quaſi vnxor.quia limen per quod noua nupta domū mariti intrauit ſolebat contra malefi
ciū lupino adipe inungi.ſed ad ordinē reuertamur.verū cū mimis ⁊ cū meretricibus . bec ver
ba poſſunt eſſe marſei.ſed potius videntur eſſe poete reſpondentis marſeo in boc ſibi applau
denti:ꝙ rē non babuerit cū alienis vxoribus.vnde conſtruamus ſic vt dicat poeta. verū ꝑ ſed.
o marſee res fuit tibi cū mimis ⁊ circulatricibꝰ cātatricibꝰ ſaltatricibꝰ ⁊ cū meretricibꝰ.vnde.i.
ex quarū cōmercio fama.i.nomen trabit.i.attrabit ſibi grauius malū.i.damnū ⁊ iacturā ꝙ̄ res
.i.ꝙ̄ ſit damnū rei familiaris ſm Acronem:vel ꝙ̄ res.i.ꝙ̄ res familiaris ſupple trabat . boc eſt
plus de fama ꝙ̄ de rebus perditur in meretricio concubitu.qui licet vili precio cōparetur:inbo
neſtꝰ tñ eſt ⁊ infamē facit. An o marſee tibi ſatis eſt abūde euitare ꝑſonā.i.certā ꝯditionē muli
erū.vt ſolas matronas ⁊ vxores alienas. ⁊ non euitare illud qđ officit.i.nocet vbiq; . ⁊ boc ſm
Acronē.vel ſic.⁊ non euitare vbiq;.i.in quacūq; ꝑſona qđ officit.i.qđ contra boneſtatē ⁊ ꝓſpe
ritatē rerū tuarū facit.⁊ qđ ſic intelligatur patet ex ſequentibꝰ.vñ ſubdit . Deperdere bonā famā

⁊ oblimare id eſt abradere ⁊ diminuere rem patris.i.patrimoniū eſt malū vbicūq̃.i.in quacū-q̃ ꝑſona ſup.fiat. Quid intereſt.i.q̄ differētia eſt an tu pecces ī matrona.i.libera ⁊ cōiugata.an
Ob in ancilla:ve pro vel in togata.i.in infami ⁊ ꝓſtituta.hic nota ꝙ ob.duo ſignificat ꝓpter ⁊ ꝯtra
Officium vt feci hoc ob amorē:tui.i.ꝓpter amorē in te:⁊ inde dr̄ officiū illud exercitiū ⁊ opus ob qḋ.i.ꝓ-
Officio pter qḋ quid factū eſt:⁊ ſic in bonā ꝑtē accipitur. Officio aūt eſt ꝯtra facio:hoc eſt ꝯtra vtilitatem alterius:⁊ obſum.i.contra vtilitatē ſum.i.noceo:ſic obſto cōtra ſto ⁊ multa alia:vñ hic quicquid officit.i.nocet. Item nota ꝙ q2 Hora.voluit vti ſtilo pedeſtri ⁊ familiari quali in familiari ſermone vtimur:ideo ſtuduit facere verſus non multū a proſa diſcrepantes. verſus enim dicuntur:q2 poſt certos pedes a fine vnius linee vertimur ad principiū alterius linee.ipſe autē interdum ſic fecit verſum ꝙ vna pars dictionis maxime compoſite eſſet in fine vnius verſus ⁊ alia in principio alterius.ſicut hic intereſt diuiditur:⁊ alibi iureiurando.

Villius in fauſta ſylle gener:hoc miſer vno
Nomine deceptus:penas dedit vſq̃ ſuperq̃
Q̃ ſatis eſt:pugnis ceſus:ferroq̃ petitus:
Excluſus fore:cū longarenus foret intus.
Huic ſi mutonis verbis mala tanta videnti
Diceret hec animus.q̇d vis tibi?nūquid ego a te
Magno prognatū depoſco conſule cūnum:
Velatūq̃ ſtola mea cū deferbuit ira?
Quid reſpōderet:magno patre nata puella eſt.
At quāto meliora monet pugnātiaq̃ iſtis
Diues opis natura ſue:tu ſi modo recte
Diſpenſare velis:ac non fugienda petendis
Immiſcere:tuo vitio rerū ne labores
Nil referre putas?quare ne peniteat te
Deſine matronas ſectarier:vnde laboris
Plus haurire mali eſt q̃ ex re decerpere fructus
Nec magis huic inter niueos virideſq̃ lapillos
Sit lȝ hoc cherinte tuū:tenerū eſt femur aut crus
Rectius:atq3 etiā melius perſepe togate.
Adde huc ꝙ mercē ſine fucis geſtat aꝑte:
Qḋ venale hȝ oſtendit:neq3 ſi quid honeſti eſt
Iactat:habetq3 palam:querit quo turpia celet.

Acro ¶ Villius in fauſta. Pro eo qḋ eſt in matrimonio fauſte. Noīe ſemꝑ incerta pro certis. Nā fauſta ſylle filia tito ānio miloni nupta eſt:vt ſupra expoſui. Alibi. Me dulcis dñe muſa licinie:pro Terētie. Et malthin⁹ tunicis demiſſis ambulat.ꝓ mecenas. Et hic. Villius in fauſta.i.annius ī fauſta:eodē numero ſyllabarum cōmutationē nominū fecit. Sylle gener. Nō vere gener:ſed q̄a filiam ſylle ſtuprauit ita frequēter:vt gener eſſe videretur. Naȝ longarenū habuit maritū. Hoc miſer vno nomīe deceptus:ꝙ filia ſylle eſſet hominis potētis et clari ſperās talis viri filiā caſtā eſſe victurā:nec vnq̄ poſſe peccare. Fauſta dicebatur filia ſylle Hanc cū villius impetraſſet vxorem:forte longaren⁹ adulter domi eiuſdem puelle erat:ita villi⁹ colliſus eſt plagis:⁊ nihilomin⁹ eā poſtea tenuit apud ſe propter nobilitatē. Annius milo maritus fauſte cornelij ſylle filie:qui rediens a cena a familia longareni adulteri vxoris ſue ante edes ſuas ne adulterium deprehenderet pugnis ceſus eſt ⁊ ferro petitus. Excluſus fore.a familia longareni mechi. Et notandum fore numero ſingulari. Terentius in adelphis. Quidnam concrepuit fores. Item Cicero pro Cor.aperuit forem ſcalarū. Sȝ ex ṽbis accuſatoris ridēter vt in flaccina:ſtrāgulauit poſuit Huic.i.villio. Si anim⁹ loq̄ret ex verbis mutonis. Muto aūt dr̄ mēbrū virile vt Lucilius lib.viij. Leſo iam lachrymas mutoni exterget amica: Magno prognatū ꝯſule cūnum. De ſtirpe magni ꝯſulis ortundū. Velatūq̃ ſtola:proprie toga mulieris ſtola dicitur. Et notandū in hoc ṽſu ꝙ toga ⁊ ſtola cōmunem ſylla

bam fecerint. At quanto meliora monet. i. q̄to meliora monet natura tuis ſenſibus: que abun-
dat neceſſarijs. his ſcʒ que vſus exigit. abūdat aūt ſi ſis bonꝰ diſpenſator. i. ſi tu his recte vſus fu-
eris. Diues opis natura ſue. i. q̄ nata, ꝓprijs opibꝰ abūdat: qm̄ q̄tū eſt in ipa nō denegat volupta-
tē ſimplr acq̄ſitā. Modo: tm̄mō cū rōne velis viuere. Ac nō fugiēda petēdis immiſcere. Si no-
vis immiſcere ea q̄ debes fugere vel petere. Tuo vitio rerūne labores Nil referre putes? Tu pu-
tas nihil intereſſe vtrū tuo vitio labores an nature? Neſtro vitio laboramꝰ ſi dolemꝰ cū deſit faſia-
nꝰ. rerū natura laboramꝰ: ſi dolemꝰ cū deſit panis. Alij dicūt vitio nr̄o laboramꝰ matronā ꝯcupi-
ſcentes: rerū vitio ſi vſus femīe nō adeſt. Vñ: a quo. vt: genꝰ vñ latinū. Nō eſt aūt loci ſʒ ꝑſone.
Haurire: acq̄rere ꝑcipe. q̄ ex re decerꝑe fructꝰ. ex īpetratōe plꝰ mali accipit q̄ amat nobilē ſi fue-
rit dep̄hēſus q̄ fructꝰ ſi īpetrauerit. Nec magis huic. i. nobili: ⁊ ſermonē ſuū ꝯuertitit ad puerū
cherintū pulcherrimū hoc tpe. i. nec magis erit tuū femur o cherinte tenerū aut crus rectuʒ ſi
inter niueos virideſq́ʒ lapillos iacueris. Hic aūt docet: natura non ornatu pulchras eſſe mulie-
res. Hic aūt cherintꝰ dicit̄ illis tēporibꝰ fuiſſe proſtibulū pulcherrimū. proſtibulū dicit̄ ſcortū.
Fuit aūt puer hic inſignis facie atq́ʒ candore. Ordo eſt. Nec femur aut crus eſt magis teneruʒ
huic. i. nobili inter niueos ⁊ virides lapillos. licet o cherinte hoc ſit tuū. cuʒ rectius femur atq́ʒ
etiā meliꝰ crus ſit perſepe togate. Virideſq́ʒ lapillos. margaritas. Adde huc. i. ad cōmoda eoꝝ
que ſimplici cōtenti ſunt femina ⁊ nullo lenocinio formata. Sine fucis geſtat aperte. i. ſine ve-
lamine ſimulationis. Fucus genꝰ eſt herbe marine vnde lana inficit̄. Et in carminibꝰ Horatij. Fucus
Nec amiſſos colores lana refert medicata fuco. Et Virg. Alba nec aſſirio fucatur lana colore.
Inde etiā corrupte merces fucate vocant̄: ⁊ pro dolis ⁊ fraudibꝰ Terentiꝰ in eunucho. Fucū fa-
ctū mulieri. Nec ſi quid honeſti eſt. i. pulchri. vt poeta. Et quocūq́ʒ deꝰ circū caput egit honeſtū
Matrone inquit ſi q̄d honeſti habent id ſolū oſtentant: q̄d turpe eſt magnopere occultant. Nō
ita ſit in meretricibꝰ: q̄ aliq̄n ⁊ pulchriores ſunt. iactat habetq́ʒ palā vt diuites matrone faciūt. ASCEN.
¶ Villius in fauſta ⁊c. Hic auctor exemplo villij oſtēdit q̄ periculoſum ſit nobiles mulieres
ob nobilitatē ipam ſectari. monſtratq́ʒ ꝙ quantū ad exigentiā nature nihil referat nobilis an
ignobilis fuerit mulier. ꝙ aūt nobilē ſectamur etiā difformē: ⁊ vulgarē ſepe candidiorē pro ex-
plenda carnali voluptate refugimꝰ: id inquit ex noſtro vitio non ex rerū vitio ſeu exigentia na-
ture prouenit. Natura eñ ſolū petit defectū ſuppleri ⁊ ſuperfluū euacuari. Ad quā rem accidē-
tia reſpectiua nihil faciunt. qualia ſunt eſſe filiam conſulis. habere affines cognatoſq́ʒ nobiles.
Deinde pulchre admonet vt deſinamꝰ matronas ſectari. cū ſepe numero minꝰ pulchre ſint q̄ ꝓ-
ſtitute. ⁊ ſemper plus peccati pluſq́ʒ periculi ſit in ipſis q̄ in meretricibꝰ. Q̄d aūt matrone que-
dā pulchriores videantur. hinc ſit quia fucate ⁊ exornate ſunt: ⁊ partes quas pulchras habent
oſtentant: ⁊ quas difformes occultant. Cū meretrices omnia nuda habeant ⁊ nihil celent. Ce-
terū meminerimꝰ ꝙ poeta non intendit nos ad meretricū amplexus inuitare: ſed eos qui con-
tinentes viuere nolunt: monet vt potius proſtitutas querant q̄ matronas. Exemplū autē villij
ab Acrone inculcate ⁊ confuſe recitatur. vnde tres videntur cōmentarij ſententias recitare:
quarū primā tenet porphirio qui dicit. Villius pro annio dicitur. Annius aūt milo maritꝰ fuit
fauſte cornelij ſylle filie: qui a familia longareni rediens a cena ante edes ſuas ne adulterium
deprehenderet pugnis ceſus ⁊ ferro eſt petitus: quē ait nulla alia re in hanc iniuriā ac cōtume-
liā recidiſſe q̄ ꝙ magne nobilitatis vxorē habere affectauerit. hec ille. in quo cū acrone concor-
dat. Notū aūt eſt poetas licētioſe interdū nomen vnius pro alterius nomine vſurpare. vt apud
Virgiliū pollucis habenis. pro caſtoris. reuocato ſanguine teucri. pro dardani. Et manibꝰ pro-
gne pectus ſignata cruentis. pro philomene. ſed ſatyricis quibus ſub proprio nomine vetitum
eſt vitia reuelare: licitū eſt nomina cōmutare. vnde hic villius ponitur vbi deberet poni anniꝰ
quod ſeruato eodē metro fieri poteſt: ⁊ tunc gener proprie caperetur. quia anniꝰ reuera gener
ſylle fuit. Secunda ſententia acronis eſt ꝙ longarenus fuit maritus fauſte: ⁊ villius adulter. q̄
cū maritū abſentē putaret ad fauſtā accedens deprehenſus ⁊ ceſus eſt. Tertiā ponit Landinus
Cuius verba ſunt. Ego potius credo villiū ⁊ longarenū duos fuiſſe adulteros ⁊ riuales: ⁊ ſic vil-
liū a riuali ceſum. Nā ꝙ ait ſylle gener loquitur ex deſiderio villij. non ꝙ eſſet gener: ſed ꝙ eſſe
cuperet. Sic Virgilius ſecūdo eneid. de chorebo qui nondū gener fuit ſed affectabat eſſe. Qui
gener auxiliū priamo phrigibuſq́ʒ ferebat. Harū expoſitionū aut primā aut vltimam accipere
poſſumus. Gener eſt maritus filie noſtre. Muto. membrū virile hic ſignificat. ſicut in obſceno Muto
carmine virgilij. mutinū. Barbari aūt putant arietē ſignificare aut veruecē. Niueos lapillos
id eſt vniones, virideſq́ʒ, vt ſmaragdos. Sit licʒ hoc cherinte: Apoſtrophe eſt. i. ꝯuerſio ſermo

nis abſentem. Dicunt cõmentarij cherintum proſtitutum fuiſſe pulcherrimum. Ego vero ſi no-
ui ingenium poete. potius dicam: iuuenem delicatum fuiſſe qui brachia ⁊ crura ſua oſtentabat
tanq̄ pulchra: cum exilia haberet: ⁊ ita ſatyrico ſale cherintum potius defricat. q̄ eius ſpeciem
reuera laudet. Cetera patebunt in conſtruendo. Ordo igitur eſt. Uillius id eſt annius milo ge-
ner ſylle ſcilicet cornelij ſylle: ⁊ totiens fauſtam filiam eius ſubagitauit vt maritus eius videri
poſſit. Uillius inquã miſer deceptus: id eſt illuſus in fauſta ſylle filia. hoc vno id eſt hoc ſolo no
mine. ꝙ eſſet filia ſylle. dedit id eſt luit penas: vſq; id eſt quantum ſatis eſt. q; pro et: ſuper id eſt
vltra: ⁊ ſupra q̄ ſatis eſt: exiſtens ceſus pugnis. ⁊ petitus id eſt inuaſus: ferro id eſt armis ferre
is. exiſtens inq̄ excluſus: fore id eſt a ianua propria. ſi pro villio annium ponis. aut ab ianua ami
ce adultere ſi pro ipſo villio ponatur. cum id eſt quando: longarenus id eſt adulter: foret id eſt eſ
ſet intus: ⁊ fecerat ſeruos ſuos obſeruare portam ne maritus accederet: ⁊ ſi vellet violenter in
trare iuſſerat vt eum cederent: ſicut etiam fecerunt. Si animus id eſt ratio diceret villio ſeu an
nio: videnti id eſt conſideranti. tanta mala que paſſus eſt propter matrimonium nobilis mulie-
ris. hec ſcilicet ſequentia: verbis mutonis. id eſt mẽbri virilis. quod etiã mutinũ dicit. i. tanq̄ ip
ſum membrum ad ipſum loquatur ⁊ dicat. O villi vel o anni quid vis tibi? Nunquid cum mea
ira id eſt prurigo venerea. vel excitatio libidinis: deferbuit id eſt multum caluit: ego depoſco a
te cũnum id eſt membrum muliebre: prognatum magno conſule id eſt filiam conſulis: ⁊ velatũ
id eſt abſconditum: ſtola id eſt veſte candida matronarum? In his verbis videtur tertia ſenten-
tia approbari. vt villius ⁊ longarenus ambo adulteri ⁊ riuales dicantur. quia ſi maritus eſſet
fauſte: non eam peteret quotiens ad venerem excitaretur: ſed eam haberet. Si ergo membrũ
virile hoc interrogaret villium: quid reſponderet? oſtendit poeta ꝙ reſponderet puella ſcilicet
fauſta eſt nata id eſt progenita magno patre. ſcilicet a cornelio ſylla conſulari viro. At pro ſed:
quanto meliora ⁊ pugnantia id eſt contraria: iſtis id eſt turpibus concupiſcentijs natura diues
ſue opis id eſt facultatis: monet id eſt cohortatur. quaſi dicat. multo meliora monet natura: que
non nobilem. ſed qualemcunq; puellam deſiderat niſi ratione gubernetur. Tu quicunq; es. ſi
modo id eſt dummodo velis diſpenſare recte id eſt cum ratione: ⁊ non immiſcere id eſt confun-
dere fugienda id eſt mala que fugi debent. petendis id eſt bonis que petenda ſunt. putas nil re
ferre id eſt nihil intereſſe. an tu labores id eſt ad vitium traharis aut pecces: tuo id eſt proprio
vitio. quod ex mala concupiſcentia animi tui naſcitur. ne pro an: labores ſupple vitio rerum id
eſt exigentia nature: aut ex diſpoſitione rerum. quaſi dicat tu debes ſcire magnam eſſe differẽ-
tiam inter vitia que ex propria malicia ⁊ petulantia animi committis: ⁊ inter ea que ex imbe-
cillitate nature aut difficultate rerum ꝑpetras. Quare ne peniteat te deſine: ſectarier id ẽ ſecta-
ri: matronas id eſt vxores alienas. vnde. i. ex quarũ commercio eſt id eſt datur: contingit hau-
rire id eſt accipere: plus mali id eſt nociui ⁊ pernicioſi laboris (non eni omnis labor malus ẽ)
q̄ eſt haurire fructus id eſt fruitiõis ⁊ voluptatis. ex re id eſt ex ipſo facto adulterij. Nec femur
eſt magis tenerum huic id eſt nobili matrone. nec crus eſt rectius: huic id eſt nobili matrone
inter niueos lapillos: hoc eſt inter margaritas ſeu vniones: q; pro et virides lapillos id eſt ſma
ragdos aut ſimiles id eſt propterea ꝙ lapillis precioſis exornetur matrona: non ideo habet pul
chriora membra. licet o cherinte puer de corpore tuo ſuperbiens: tuum ſupple crus aut femur
ſit hoc id eſt tale: hoc eſt tenerum ⁊ rectum. ⁊ iſtud per parentheſim interponitur. Deinde con-
tinuat principalem conſtructionem dicens. atq; etiam id eſt inſuper: crus vel femur togate: id
eſt meretricis publice ⁊ infamis eſt perſepe id eſt valde ſepe. melius id eſt pulchrius ⁊ decenti⁹
Adde id eſt adijce: huc id eſt ad hanc differentiaꝫ meretricis a matrona. ꝙ meretrix ſupple ge
ſtat id eſt portat: mercem id eſt carneꝫ ſuam venalẽ: aperte id eſt nude: ſine fucis id eſt ſine adul
terinis coloribus ⁊ ſine exornatione doloſa: ⁊ oſtendit illud quod habet venale. Neq; pro ⁊ non
Et ſi quid id eſt aliquid: honeſti id eſt pulchri in ea eſt. ipſa non iactat ⁊ habet palam: ⁊ querit
ſupple medium quo celet id eſt occultet turpia. hoc eſt publica peccatrix non oſtentat ſolummo
do pulchra membra ſua ⁊ occultat turpia: ſed omnia aperta ⁊ nuda gerit. Matrona autem ſi q̃d
pulchri habet id oſtentat ⁊ inde ſe iactat. ſi quid autem turpis id occultat. Quibus omnib⁹ non
aliud vult dicere poeta: q̄ ꝙ non allicimur ad amandas matronas propter pulchritudinem ea-
rum. quia meretrices ſepe pulchriores ſunt: ⁊ ſi matrone pulchriores videntur: hoc ideo eſt ꝙ
pulchra membra ſua oſtentant: ⁊ turpia occultant ⁊ ornant. Et ita magis peccamus ex opinio-
ne noſtra: q̄ ex rerum differentia. quocirca exemplo vulgari mouet ne capiamur altius inſpici-
endum eſſe corpus matrone. vnde ſequitur.

¶Regibus hic mos eſt ꝛc. Reges quando emunt equos operiunt eos: ne pulchritudine in ducti aut cluniū aut faciei emant equū pedibus mollioribus. Hoc ergo dicit vnūquēq; debere id facere circa contemplationē mulieris vt magis vtilitatē ꝙ ſpeciē forme ſectetur aut natiū. Ne ſi facies. Ordo eſt. Ne ſi facies decora fulta molli pede inducat hyantē emptorē. q: hiantes in bona non cernim⁹ vitioſa. Inducat: decipiat. Hiantē: cupientē. Quo pulchre clunes. clunes dixit feminino genere. ſed Iuuenalis hic clunis dixit. qð tenem⁹. Nec corporis optima linceis. ACRO.

Regib⁹ hic mos ē: vbi equos mercantur opertos
Inſpiciunt: ne ſi facies: vt ſepe: decora
Molli fulta pede eſt: emptorem inducat hiantē.
Quo pulchre clunes: breue ꝙ caput: ardua ceruix
Hoc illi recte: nec corporis optima linceis
Contemplere oculis: hypſea cecior: illa
Que mala ſunt: ſpectes. o crus. o brachia. verum
Depygis: naſuta. breui latere: ac pede longo eſt.
Matrone preter faciem nil cernere poſſis:
Cetera: ni catia eſt: demiſſa veſte tegentis.
Si interdicta petes vallo circundata (nam te
Hoc facit inſanum) multe tibi tum officient res
Cuſtodes: lectica: ciniflones: paraſite:
Ad talos ſtola demiſſa: ꝛ circundata palla
Plurima: que inuideant pure apparere tibi rem.
Altera nil obſtat: choīs tibi pene videre eſt
Ut nudam: ne crure malo: ne ſit pede turpi:
Metiri poſſis oculo latus: an tibi mauis
Inſidias fieri: preciumq; auellier ante
Quā mercem oſtendi: leporem venator vt alta
In niue ſectetur: poſitum ſic tangere nolit
Cātat: ꝛ apponit. meus ē amor huic ſimilis: nam
Tranſuolat in medio poſita ꝛ fugientia captat.
Hiſcine verſiculis ſperas tibi poſſe dolores
Atq; eſtus curaſq; graues e pectore pelli:

Lince⁹ qdā tātā vim in acumie oculoꝝ dr̄ habuiſſe: vt trās pari etē videret. ꝛ dū ſtaret in ſicilia videret claſſes de aphrica exeū tes. Sēſus eſt. Noli inqt nimiū acute eligēdo q̄ bona ſunt: in ea q̄ ꝯtraria ſunt cec⁹ eſſe. hoc ē de hes in vtraq; pte iudiciū hr̄e. Hypſea cecior. matrona qdā fu it vitioſis oculis. O crus: o bra chia. neſcio cur laudas cr⁹ ꝛ bra chia. ſȝ hȝ vitia inf nates: ꝛ po tes eā ꝯtēnere. Depygis .i. ſine natib⁹. Pyga em̄ ē ps corpis po ſterior. aut certe cū magnis na tib⁹. vt de hic valde intelligat̄. Pygas aūt grece dixit. Breui latere. Deforme ē i feminis fur cā latere hr̄e maiorē. Matrone pter faciē. n. c. p. Pret̄ faciē inqt nihil cernere matrone poſſis. re liq̄ em̄ corpis ptes veſte celant̄: niſi forte caſie ſilis ē: q̄ .ppt̄ pul chritudinē crurū elata veſte vte bat̄. hec aūt adeo vilis fuit: vt in ede venerꝫ theatri pōpeiani ad ulteriū cōmitteret. Si interdi cta petes ſi honeſte femie quā cōpellere nō licet ꝯcubit⁹ appe tes vallo circundata: cuſtodijs munita: circūdata ſatellib⁹. In ſanū: pnū ad libidinē. Sēp eni ibi pl⁹ incēdimur quo difficili⁹ p uenim⁹. Ciniflones. ciniflōes ꝛ cinerarij eadem ſignificatione apud veteres habebantur. ab of ficio calamiſtroꝝ. i. neruoꝝ in ci nere calefaciendoꝝ quib⁹ matro ne capillos criſpabāt. cui⁹ rei et virg. meminit dicēs. Uibratos calido ferro. dicti aūt ciniflones ab eo ꝙ in cinerē flant ad ferrū calefaciēdū: quos cinerarios ap pellāt. Inuideāt: obſtēt. Altera nil obſtat choīs alta inqt q̄ .pſtat ꝑlucida vtit̄ veſte: ita vt velut nuda ꝯſpici poſſit. Hec āt veſtꝫ i cho iſula ꝯficit̄: p cui⁹ nimiā ſbtilitatē q̄ ſūt itiora trāſlucēt. pene vidē ē vt nudā. ppe ita potes eā videre vt nudā. Senſus ē. paupcula induta eſt choa veſte ſubtiliſſima: ꝛ iō potes eā totā vi dere: brachia. tibias. ꝛ pedes veluti nuda ſit. Leporē venator vt alta i niue ſectet̄. Inducit q̄ſi cā

ticum amatoris matrone. Eſt autem canticū hoc. Venator perſequitur leporem vt capiat ⁊ ca-
ptum contēnat. amor eſt meus huic ſiſſis: abſentia ⁊ difficilia deſiderat ⁊ parata ɔtemnit. Poſi-
tum ſic. ad comedendū paratū. Apponit. addit ad cantū: vel ſocijs apponit comedendū. Diſci-
ne verſiculis: quō cantare amatorē dixit. Curaſq; graues: quas patiuntur q̄ matronas amāt.

ASCEN. ¶ Regibus hic mos eſt ⁊c. Continuādo materiā prelibatam monet auctor ne pulchritudine
faciei vl' alterius mēbri patentis in matrona capti negligamus cetera eius mēbra deformia in
ſpicere. monetq; nos vt imitemur reges. i. diuites q̄ ne pulchritudine capitis aut ceruicis aut
clunium equi ſic capiantur vt negligāt inſpicere crura an illa recta ⁊ ſana ſint ⁊ in inceſſu mol
liter reponātur ſi'r ⁊ pedes an vngulas nimis teneras aut aliud vitiū habeant: ſolent eos pri-
mum coopertos quaſi ad genua vſq; inſpicere currētes. vñ rectius acro legit opertos. i. tectos
⁊ coopertos ꝙ̄ landinus aptos. i. nudos: vt manifeſte patebit intelligenti filum ⁊ ſeriē textus.
Nam ad hoc reſpicit ꝙ matrona bonas ꝑtes corꝑis ſui oſtentat quapropter qui ceteras tales
eſſe putant decipiuntur ⁊ amore inardeſcūt. Qđ ſiquis petat etiā ceteras ꝑtes intueri multa
inueniet obſtacula: que in textu enumerantur q̄bus ſatis liquet ſtultos eſſe q̄ matronas ſectan-
tur eo ꝙ multo labore rē minus valentē indagant: ⁊ pulchriorem ⁊ acquiſitu facillimā vt candi
dam meretriculā ɔtemnūt. Ad hoc dicunt ꝑditi amatores adducentes carmen vulgatū: cuius
ſententia eſt. ꝙ ſicut venator nobilis nollet comeſſe leporē rethibus aut ſine labore captū: ſed
ſolummō eum quē ipſe ſuis laboribus ⁊ cū maxima difficultate acquiſiuerit ⁊ ceperit venando
ita delitioſus amator nollet amicā facilem acquiſitu: vtpote meretriculā: ſed matronā que quā
to difficilior eſt ad acquirendū tanto magis amatur acquiſita. Et reuera talis eſt hodie quoq;
inordinata eorū exiſtimatio: q̄ nihil bonū putāt ꝙ̄ qđ care emitur: ⁊ cū labore acquiritur. Cōtra
hmōi amatores dicit poeta ꝙ tali carmine nō poſſunt pellere curas ⁊ ſollicitudines ex animo:
quas patiuntur. Quia vt dicit Oui. Res eſt ſolliciti plena timoris amor. Signate aūt ⁊ diſerte
dicit in pectore amantis eſſe eſtus ⁊ curas. Nam eſtus đr ab eſtuando. i. ardendo ⁊ cura đr eo ꝙ
cor vrat: vñ cupido veneris filius ⁊ amorū deus flāmas in altera manu portat quibus amantiū
pectora incendit. hinc de didone incenſa amore ipſius Enee đr in principio quarti enei. At re-
gina graui iādudum ſaucia cura: Vulnus alit venis ⁊ ceco carpitur igni. Nūc ad vocabula. Lin
ceis. i. acutiſſimis quales habuit linceus de quo acro ſatis dicit ⁊ linx aīal maculoſū de quo na
turalibus ſermo eſt. O crus o brachia. exclamationes ſunt perditi amatoris pulchritudinem ⁊
decentiam crurū ⁊ brachiorū matronarū admirantis: ſicut in eunucho Terentij exclamat che-
rea perditus amore iuuenis. O faciem pulchrā. Depygis. i. ſine pygis hoc eſt depreſſis clunibꝰ
qđ vitioſum eſſe docent mulieres qui decuplā veſtem ad clunes maiores oſtentandas deferūt:
aut certe q̄ cautius agentes farturā non exiguā ad nates alligant. Sunt etiā qui pigam dicant
eē inguen ſeu membrū naturale. ⁊ depigē dici mulierem q̄ illud mēbrum deforme ⁊ ad podicē
vergens habet: vñ circa finem huius ſatyre vbi poeta dicit timendū eſſe deprehenſo in adulte-
rio ne pigā amittat: de virga virili potius ꝙ̄ de clunibꝰ videtur intelligendū. Breui latere: qđ ⁊
vitioſum eſt ⁊ ad prolem ꝑiculoſum. Interdicta. i. vetita. i. ceteras partes quas nō vult videri:
Acro aūt intelligit aliter vt patuit: dicimus aūt. Interdico tibi hac re. non hanc rem vt docet
valla. Cetera patebūt in exponēdo ſeriatim vnde ordo eſt. Hic. i. hmōi mos. i. conſuetudo eſt re
gibus id eſt diuitibꝰ. vbi. i. qñ mercantur. i. emunt equos: inſpiciūt ſup. equos: optos. i. tectos q̄
ſi vſq; ad genua. ne pro vt nō. vt ſi facies. i. figura corꝑis decora id eſt ſpecioſa fulta. i. ſuſtenta-
ta: molli. i. fragili pede. i. vngula: vt ſepe ſup. contingit: inducat id eſt deceptorie illiciat: empto
rem hiantē. i. cupidum ⁊ ꝑ cupiditate negligentē ad occulti vitij inquiſitionē. ꝙ. i. q2 vel eo ꝙ
clunes. i. nates ſunt pulchre: ⁊ ꝙ caput equi eſt breue: qđ Virg. argutū vocat in georgicis: ⁊ ꝙ
ceruix. i. ſuperior pars colli eſt ardua. i. erecta. Illi ſcilicet reges ⁊ diuites ſup. faciunt recte. i. de
center: hoc. i. prudenter cooperiūt equos dum eos emere volunt. Nec ꝓ et nō. ⁊ tu nō contem-
plere. i. ɔtempleris. i. inſpicias linceis. i. acutiſſimis oculis. optima. i. optimas partes corporis
matrone: ⁊ ſpectes. i. iſpicias illa ſup. mēbra q̄ mala ſunt exiſtēs cecior hypſea. i. ꝙ̄ ſit hypſea mu
lier ceciſſima. Sunt qui legant contemplans oculis q̄ lectio mala nō eſſet: ſi modo antiqua ſit.
O crus ſup. pulchrum. o brachia ſup. pulchra: exclamationes ſunt amantis. cui reſpondet poe-
ta. verū pro ſed ꝙ̄uis ſup. crus ⁊ brachia dicentia ſint: ipſa matrona eſt depygis. i. depreſſis clu
nibus: eſt naſuta. i. inepto ⁊ inflato naſo: eſt breui latere: eſt longo pede. vnde. Nil. i. non vllam
partē: tu nō poſſis cernere vllam ꝑtem matrone. i. in matrona: preter faciem eius: matrone in-
quā tegentis. i. abſcondentis: cetera. i. ceteras ꝑtes corporis ſui. veſte demiſſa. i. deorſum ad pe

des vſq͛ miſſa. ni. i. ſi non vel niſi ipſa eſt catia id eſt catie ſimilis: que cū pulchra haberet crura veſtes ad genua vſq͛ ſuccinxit. Si autem petes. i. voles contingere aut inſpicere: interdicta. i. partes q̄bus interdicit tibi ⁊ quas nō vult a te videri: circūdata. i. ſepta: vallo. i. circūuallata: et conſtipata multo comitatu. Nam hoc. ſ. ꝙ difficulter poſſis eā inſpicere ⁊ ꝙ vetaris eam accedere: facit te inſanū. i. magis amantē: q͛ nitimur in vetitum ſp̄ cupimuſq͛ negata. Iſtud autem dicitur ꝑ parenthesim: ⁊ nota ꝙ circūdata vallo poteſt eſſe nomīatiui caſus ſm̄ Acronis conſtructionē: qui vult ſic conſtrui vt matrona intelligat̄ eſſe circūdata vallo vt ſit. Si petes interdicta: ipſa matrona eſt circundata vallo. Sed meo iudicio vniformius conſtruitur in actō: ſic. Si petes. i. voles attentare ⁊ aſpicere interdicta. i. mēbra matrone vetita tibi: ⁊ circūdata vallo. i. circūuallata multitudine veſtiū ⁊ comitū: tum. i. tūc multe res: officient. i. nocebūt tibi: ſcilꝫ cuſtodes: qui iuſſi ſunt eā cuſtodire: lectica in qua matrone nobiliſſime portabant̄: ciniflones. i. cinerarij qui capillos criſpos faciūt calamiſtris in cinere calefactis: paraſite. i. geſticulatrices ⁊ adulatrices que ventris implendi gratia diuites ſequūtur ⁊ ſtola. i. veſtis alba matronalis: demiſſa. i. deorſum miſſa ad talos. i. vſq͛ ad pedes: ⁊ plurima palla. i. longiſſima veſtis qua ceteras veſtes pallian̄t. i. teguntur: circūdata. i. circūiecta: q͛ facile exuitur. Et nota ꝙ plurima pōt eſſe epitheton ſeu adiectiuū huius nōis palla: ⁊ erit idem ꝙ longiſſima ſicut in georgicis: cū ſe nux plurima flore induet: plurima. i. longiſſima nux hoc eſt amigdalus ſm̄ Seruiū. vel capietur abſolute. i. ſubſtātiue in neutro gn̄e ⁊ plurali nūero, ſicut capit acro vt ſit: ſtola demiſſa ad talos ⁊ palla circūdata: ⁊ plurima. i. plurime alie res: q̄ inuideāt. i. noceant ⁊ ꝑ modū inuidentiū: impediant: rem. i. diſpoſitionē ⁊ formā corpis matronalis: apparere. i. manifeſtari tibi: pure. i. ſimpliciter ſine quouis velamine. Altera. i. proſtituta: nil. i. nullo modo vel nulla re obſtat. i. facit tibi obſtaculū ne ꝑfecte videatur. Nam eſt. i. ꝑmittitur ↄtingit datur tibi videre eā cū hoīs ſup. veſtibus tenuiſſimis ⁊ tranſlucētibus: pene. i. quaſi vt nudā: ne ipſa ſit malo. i. turpi ⁊ diſtorto crure ⁊ ne ſit turpi pede: ⁊ poſſis metiri. i. mēſurare oculo. i. viſu latus ipſi᷒ an breue ſit an ſatis longū. An. i. vtrum: mauis. i. magis vis ⁊ preoptas inſidias fieri tibi a matrona monſtrante ſe qualis non eſt: ⁊ precium. i. mercedē cōcubitus auellier. i. auelli ⁊ abſtrahi a te anteq͛ꝫ mercē oſtendi. i. anteq͛ꝫ merx. i. caro ⁊ corpus matrone oñdatur tibi: q͛ ꝑ munera ſolet fieri aditus ad matronas vnde preciū ſoluunt anteq͛ꝫ mercē aſpiciant ſtulti mercatores. Deinde inducit poeta ꝓ riſione quoſdā verſiculos q̄bus ꝓpoſitum ſuū defendere videtur ſtulti amatores. Venator vt ſectet̄ leporem in alta niue: nolit tangere ip̄m leporē poſitum. i. antepoſitū: ſic. i. ſine labore ſuo. hoc inquit poeta cantat ſtultus amator ⁊ apponit. i. adiungit: vel venator cantat hoc: ⁊ apponit leporē quē venatione ſua cepit: ſocijs comedendū. meus amor eſt ſi'lis huic hoc eſt venatori: q͛ ip̄e trāſuolat. i. ↄtempta derelinq̄t poſita in medio. i. parata ⁊ que in medio omniuꝫ ſunt: vt meretrices quas quilibet poteſt faciliter habere: ⁊ captat. i. perſequitur fugientia. i. ea que difficilia ſunt ad capiendū: cuiuſmodi ſunt nobiles matrone. Ad hec poeta cū indignatione interrogat: hiſcine pro nunquid his: nunquid: tu ſcilꝫ o perdite amator ſperas dolores. i. cruciatus conſcientie: et eſtus id eſt incendia amoris ⁊ curas. i. ſollicitudinē ⁊ exuſtionē cordis poſſe pelli id eſt expelli e pectore tuo: his. i. hmōi verſiculis. q. d. minime id facies: vnde addit ſequentia. Acro

Nonne cupidinibus ſtatuit natura modū quem:
Quid latura ſibi quid ſit dolitura negatum
Querere plus prodeſt: ⁊ inane abſcindere ſoldo?
Num tibi cū fauces vrit ſitis: aurea queris
Pocula: num eſuriens faſtidis omnia: preter
Pauonē rhombūq͛ꝫ? tumēt tibi cū inguina: nū ſi
Ancilla aut verna ē preſto puer: impetus in quē
Continuo fiat: malis tentigine rumpi?
Non ego, nāq͛ꝫ parabilē amo venerē facilēq͛ꝫ

¶ Nonne cupidinibus. nonne ſatius eſt querere quē cupiditatibus finem natura ſtatuerit: quid tolerare poſſit ſi denegatur: q̄d denegatum ſuſtinere nō poſſit. Multū tibi prodeſt q̄rere: q̄d doleat natura. i. nō ferat. Ordo eſt Nōne querere plus proderit q̄d negatum ſibi natura ſit latura: ⁊ quid dolitura. Abſcindere id eſt diſcernere. Soldo: vtili: ⁊ eſt figura detractio. i. inutilia ab vtili ſeparare. Solidū eſt manducare panē: inane aūt faſianū. Num tibi cū fauces: ſimile argumētū. Tument tibi cū inguina: libidi

Illam:poſt paulo:ſed pluris:ſi exierit vir
Gallis hác:philodemus ait:ſibi que neqꝫ magno
Stet precio:neqꝫ cunctetur cũ eſt iuſſa venire.
Candida rectaqꝫ ſit:mũda hacten⁹:vt neqꝫ longa
Nec magis alba velit ꝙ dat natura videri.
Hec vbi ſuppoſuit dextro corpus mihi leuũ:
Ilia ⁊ egeria eſt:do nomen quodlibet illi.
Nec vereor ne dum futuo vir rure recurrat:
Ianua frangatur:latret canis:vndiqꝫ magno
Pulſa domus ſtrepitu reſonet:veh pallida lecto
Deſiliat mulier:miſerã ſe conſcia clamet:
Cruribus hec metuat doti deprenſa:egomet mi⁹
Diſcincta tunica fugiendũ eſt ac pede nudo:
Ne nũmi pereant:aut pyga:aut deniqꝫ fama.
Deprendi miſerũ eſt:fabio vel iudice vincam.

ne inflãmantur. Non ego.i.nolo ego rũpi tentigine.i.extenſione virilis mẽbri:ſed in pſitem venerem ruere. Illam poſtpaulo.i.illam que dicit veni ſi exierit vir. Philodem⁹ dicit poſt paulo gallis relinquo:q: qui promptiores ſunt in venerem multũ donant. Philodemus aũt quidam phũs fuit phyſicus:qui gallos multũ donare mulieribus dixit:aut q̃ſi diuites:aut quaſi in libidinẽ prõptiores. Alij dicũt epicureũ fuiſſe qui cũ multa de eadẽ ſecta ſcripſiſſet dicens de eadem muliere difficili:aut gallis hec danda eſt matris deũ ſacerdotibus qui cõcumbere nõ poſſunt. Candida:ſine vitio corporis. hec ſentẽtia Horatij eſt. ne deprehenſus aut pecunia ſe redimat:ãt adulterio ad reddendã contumeliã conſtupretur:aut certe manifeſtus adulterij reus cũ ad iudiciũ productus ſit:condẽnatus fiat infamis. Hactenus.intm̃. Nec magis alba velit ꝙ dat natura videri: vt nolit ſe illecebroſis fucis ornare. Hec vbi ſuppoſuit. Huiuſcemodi mulier. Ilia ⁊ egeria eſt:iſtiuſmodi mulieri cũ mecũ inierit do nomen ilie ⁊ egerie q̃ ſpecioſiſſime fuerunt. Veh pallida lecto. Quidã putant vepallida vnã ptem orationis eſſe quõ veſana:ſꝫ magis diuiduũ eſt:vt veh ſit interiectio. Lecto deſiliat mulier. mire oſtendit ab ipo lecto fugaꝫ eẽ faciendã. Metuat doti:q: antea adultere dotẽ tm̃mõ pdebãt. Diſcicta tunica:aut q: oẽs añ militabãt:ãt q: cigebãt ſeſe ſubarmale ſuũ:⁊ ita ꝓcedebãt oẽs. Ne nũmi peãt:qb⁹ adulteri redimebãt adulteriũ. Fabio vel iudice vicã. Urbane ſignificat fabiũ ꝓ adultero iudicaturũ:ſi iudex in hac re conſtituatur:qui harum rerum ⁊ ipe ſectator ſit. tm̃ miſerũ eſt deprehendi. ⁊ probe ait Nam ſi iſtũ qui eſt adulter interrogẽ de qualitate adulterij reſpondet malũ eſſe ⁊ probari poterit ꝙ non expedit adulterari.

ASCEN.

¶ Nonne cupidinibus ⁊c. Sicut predictum eſt:nõ omnia que a poeta iſto precipiuntur chriſtiane veritati conſona ſunt. Ut em̃ in epiſtola ad albiunn fatetur dicens. Me pinguẽ ⁊ nitidũ bene curata cute viſes. Cum ridere voles epicuri de grege porcũ:epicureus fuit non chriſtianus. Epicurei autem ſummũ bonum in voluptate diffinierunt. Voluptatem autem ſine animi tranquillitate ⁊ corporis indolentia cõſtare negabãt. Quapropter ne ſollicitudine ⁊ labore delicatorum ciborũ cruciemur:monuit epicurus:vt iuxta nature moderationeꝫ paucis ⁊ ijs cõmunibus ⁊ in medio poſitis contenti eſſemus:vnde et ipm in magna ſobrietate vixiſſe ex epiſtolis ſenece conſtare poteſt. Similiter in libidine corporis euacuãda precipit nõ pulcherrimas aut nobiliſſimas matronas eſſe petendas:ſed ne tentigine ⁊ inflãmatione torqueamur cuꝫ eis quas primas offenderimus nobis cõſentientes eſſe coeundum. Unde auctor vt adulteriũ proſcribat:nefandiorem multo concubitum maſculorũ videlicet admittendum innuit. In qua re a chriſtiano audiendus nõ eſt. Sed qui legitimi matrimonij contra libidinẽ remedium nõ habent:debent preuenire vt libidinis impetũ non ſentiant. ſed carnem ſuã:ſobrietate: abſtinẽtia vigilijs:ieiunijs: laboribus:veſtium vilitate: mulierũ vitatione ceteriſqꝫ remedijs doment et frenent. Senſus poete patebit in conſtruendo. Soldo per detractionem:hoc eſt per ſincopaꝫ

Solidus.a.ũ.

dictum eſt. Nam ſolido debuit dici. Solidum autẽ eſt plenum ⁊ denſum:nullos poros aut vacuitates habens:ſicut marmor. Nam ſolon oſcorum lingua totũ ſignificat. Eſt ergo ſolidum qđ omnes partes ſuas habet plenas ⁊ denſas. Et in propoſito per allegoriam ſoliduꝫ vocat: quod

ab officio non vacat:ſed neceſſario requiritur:vnde panis ſolidus eſt cibus:q: eo carere nō be
ne poſſumus:⁊ nuſꝗ̄ vacat.faſianus autem inanis eſt cibus:eo ꝙ ſine eo bene viuere poſſum⁹
Sic ſm̄ poetā muliebꝛe cōmercium ſolidum eſt: ſed matronaruꝫ inane. Verna dicitur domi no Verna
ſtre ex ancilla noſtra natus vel nata:⁊ volunt a vere deduci:eo ꝙ tunc magnus fiat vernarum
pꝛouentus. Ind fit vernaculus vernacula vernaculū ad vernas pertinens:vt,vernacula ligua
id eſt domeſtica ⁊ vulgaris ſeu materna:qua verne vtuntur. Tentigo dicitur titillatio vene-
rea. Illam poſtpaulo. pulcbꝛam imitationem verboꝛum adulterarū facit poeta. Nam ne in col
loquio depꝛebendantur paucis verbis vtuntur ⁊ fere bis que poeta ponit. Cum enim adulter
interrogat:quando veniam.reſpondet:paulopoſt:ſed pluris:boc eſt maioꝛi pꝛecio:ꝙ̄ ſolita ſum
tibi ſeruire:vel ꝙ̄ pollicitus es mibi. Alio autem tempoꝛe idem querenti dicit.ſi exierit vir id ē
maritus meus. Acro autem intelligit vt oꝛdo ſit. Pbilodemus ait.ego relinquo ſupple poſtpau
lo id eſt poſtꝗ̄ paululum expectaui illam que dicit ſupple:ſed pluris ⁊c. Verum melioꝛem pu-
to conſtructionem quā daturi ſumus. Galli magne matris deoꝛum:boc eſt cibelis ſacerdotes Galli
lapideo cultro teſticulos ſuos euulſerunt: vnde cum coire non poſſint facile poſſent expectare
difficilem ⁊ moroſam mulierē:non autem illi qui impatientes ſunt libidinis:⁊ ita poteſt intelli
gi de gallis ſacerdotibus a gallo fluuio ſic dictis. Vel de gallis id eſt galliarum populis:qui cū
ſint pulcbꝛarum mulieruꝫ amatoꝛes maximi:⁊ eas multa pecunia ſibi comparent cenſuit pbilo
demus buiuſmodi mulierem difficilem ⁊ pꝛecioſam eſſe gallis relinquendā. Ilia ⁊ egeria:id ē Ilia
nobiliſſima ⁊ pulcberrima ſicut Ilia ⁊ egeria. Nam ilia fuit filia numitoꝛis albanoꝛum regis:
quem cum frater eius amulius expuliſſet:⁊ lauſum filium intereniſſet:iliam veſtaleꝫ id eſt mo
nialem fecit ne quid de ſanguine numitoꝛis ſupereſſet. Veruntamen (vt romani iactabant)
ilia a marte oppꝛeſſa:remū ⁊ romulum fratres gemellos concepit:quos numitoꝛ occidi iuſſit:
⁊ matrem poſt partum viuā in terram fodi iuxta tyberiꝫ. vnde fingitur tyberi nupſiſſe. Mini
ſtri autem qui pueros occidendos poꝛtauerunt viſa lupa territi aufugerunt: Credebatur auteꝫ
lupa a marte ad boc miſſa:nam in tutela martis eſt: vn̄ vberibus ſuis eos nutriuit:donec a fau
ſtulo quodam paſtoꝛe inuenti: accie coniugi educandi traduntur: vbi inter paſtoꝛes ſe contra
latrones exercuerunt in armis:⁊ tandem re cognita auum maternum numitoꝛem in regnum
ſuum reſtituerunt:ſibi autem romanā ciuitatem conſtruxerunt:que omnia apud liuium in pꝛin
cipio totius operis latius patent. Quia ergo ilia ſeu rbea numitoꝛis regis filia fuit:conſtat no
bilem fuiſſe:⁊ q: marti complacuit pulcbꝛam. Egeria autem nympba fuit pulcberrima: nume Egeria
pompilij ſecūdi romanoꝛum regis coniunx:a qua ſe noue religionis quā docuit pꝛecepta acce-
piſſe populo dicebat:vt maioꝛis auctoꝛitatis eſſent:⁊ melius obſeruarentur. Vtraqꝫ ergo nobi
lis ⁊ formoſa fuit:qualem finxit quālibet puellam eſſe cum qua poeta rem babuit. Lubꝛice au-
tem ⁊ ſatyꝛice boc eſt ſatis petulanter poeta rem narrat. Vnde ne multis te lectoꝛ teneam.
Oꝛdo eſt. Nonne plus pꝛodeſt querere id eſt inquirere ⁊ ſcrutari modum quem natura ſtatuit
cupidinibus:vel melius ſic.quem id eſt qualem:modum id eſt menſuram ⁊ moderationem na-
tura ſtatuit id eſt conſtituit cupidinibus id eſt cupiditatib⁹ ⁊ concupiſcentijs carnis:⁊ abſcinde
re id eſt diſcernere ſegregare:inane id eſt ſuperfluū:ſoldo id ē a ſolido ꝫ eſt neceſſario ⁊ pꝛeuti-
li. Num id eſt nunquid:cum id eſt quādo ſitis vꝛit id eſt exiccat tibi fauces id eſt extremitates
gutturis:queris aurea pocula id eſt vaſa aurea pꝛiuſꝗ̄ velis potare: quaſi dicat non. Num id ē
nunquid tu eſuriens id eſt multum famens:faſtidis id eſt cum faſtu ⁊ ſuperbia contemnis om
nia ſupple obſonia vel cibaria:pꝛeter pauonem auem illam pulcbꝛam ⁊ pꝛecioſam: non tamen
teneram:et pꝛeter rbumbum id eſt piſcem illum qui tunc tempoꝛis in pꝛecio magno apud ro
manos fuit:⁊ cum inguina id eſt virilia tument id eſt inflantur et eleuantur tibi:num id eſt nun
quid ſi ancilla aut puer verna id eſt ſeruus domeſticus in quē impetus libidinis:fiat id eſt poſ-
ſit fieri continuo:eſt pꝛeſto id eſt paratus:⁊ in pꝛomptu:malis tu id eſt magis velis: rumpi id ē
diſſolui ⁊ cruciari tentigine .i. ſtimulatione libidinis:ꝙ̄ ſupple impetū facere in eum vel in eā.
Non ego id eſt ego inquit poeta non mallem rumpi libidine ꝙ̄ cum verna.i. puero: aut puella
rem babere,in quo ſe poꝛcum epicureum potius ꝙ̄ caſtum bonoꝛum moꝛum pꝛeceptoꝛem de-
monſtrat poeta:vnde ſurda aure nobis bic tranſeundus eſt:aut vt ſcopulus vitandus. Sed ro-
manis cum gentiles eſſent pꝛecepit:apud quo tūc adulteriꝫ vitiū maximum reputabatur:maſcu
loꝝ aūt et meretricum concubitus vitium quidem iudicabant:ſed tamen tolerabile. Namqꝫ pꝛo
quia:ego inquit poeta amo venerē id eſt mulierem cum qua rē veneream exerceam: parabilem

id eſt paratã ⁊ paruo precio comparandã.ꝗꝫ pro ⁊ facilẽ.i.que cito facit quod peto. Philodemꝰ eiuſdẽ ſecte ⁊ opinionis ſectator ait:ego ſupple relinquo illã que ſupple quãdo interrogatur ab amatore quando venire debebit aut quando parata erit.dicit.poſt.i.poſtea.paulo.i.modico tẽpore:ſed pluris.i.pro maiore precio ꝙ̃ ille voluit dare.⁊ alio tpe dicit: ꝙ venire debebit: aut ꝙ parata erit:ſi vir.i.maritus exierit.hanc ergo.i.huiuſmodi precioſam ⁊ difficilẽ matronã relinquo inq̃t philodemꝰ gallis.i.vel ſacerdotibꝰ cybeles qui cũ caſtrati ſint bene expectare poſſunt. vel gallis.i.populis gallie:curioſis mulierũ amatoribus.qui magno precio mulieres difficiles appetunt. Sibi ſupple dandã dicit.que neqꝫ ſtet.i.proſtet vel conſtet magno precio. Neqꝫ cunctetur.i.morã faciat cũ eſt iuſſa venire.Candida rectaqꝫ ſit.hec ⁊ oĩa ſequentia ſunt potius verba poete ꝙ̃ philodemi propter vltimũ verſum in quo de fabio mentio fit. quẽ iuriſperitũ garrulũ fuiſſe in prima ſatyra dixit.hic autẽ adulterũ eſſe ſignificat. Sed ordinẽ perſequamur. ea ſupple quã ego amabo.inquit poeta.ſit candida.i.formoſa ⁊ recta.i.pulchra ⁊ mũda.i.bene curata ⁊ polita cute.hactenꝰ.i.ad hoc vſqꝫ ⁊ non vltra:vt neqꝫ.i.nõ velit videri magis longa nec magis alba ꝙ̃ natura dat.i.que contenta ſit pulchritudine ⁊ forma naturali.ita ꝙ nõ fucet ſe adulꝰrino colore vt formoſior videatur.neqꝫ cothurnos altiores capiat vt longior ꝙ̃ natura dat credatur.vbi.i.poſtꝙ̃ vel qñ hec.i.hmõi puella quecũqꝫ ſit ſuppoſuit mihi dextro.i. dextera parte iacenti corpus ſuũ leuũ.i.in leua hoc eſt ſiniſtra parte iacens.ipa eſt.i. reputatᷣ mihi eſſe ilia.i.mater remi ⁊ romuli.⁊ egeria.i.nympha illa vxor Nume pompilij.do illi nomẽ quodlibet.i. quodcunqꝫ placet. Nec vereor.i.formido ne vir.i.maritus:recurrat.i.celeriter redeat:rure.i.ex agro ſuo interea dũ futuo.i.in actu venereo ſum.⁊ ne ianua frangatur a viro ⁊ canis latret.⁊ domus reſonet pulſa vndiqꝫ magno ſtrepitu eoꝝ quos maritꝰ ſecũ adduxit.⁊ mulier pallida exclamans ſupple veh.deſiliat.i.deorſum ſaliat a lecto.⁊ ipſa cõſcia adulterij cõmiſſi clamet ſe miſerã: ⁊ hec ſcꝫ mulier deprenſa.i.deprehenſa qđ in verſu ſtare non poteſt:metuat.i.timorẽ ſuſcipiat:cruribus.i.pro cruribus ſuis ne rumpantur a marito.⁊ doti.i.ne perdat dotẽ. Sunt qui legant. Cruribus hec metuat dotiqꝫ prehenſa egomet mi.⁊ tunc prehenſa.i.apprehenſa a marito. Deprendimus ſeu deprehendimus proprie aliquid in ipſo facto. Reſcimus aũt poſt factũ. ipa ergo metuat cruribus ⁊ doti inquit poeta.⁊ egomet metuã ſupple mi.i.mihi.quia fugiendũ eſt mihi tunica diſcincta.i.nondũ cincta ac pede nudo:ne nũmi mei peant:aut ne pyga.i.virga virilis pereat.aut deniqꝫ ne fama pereat.i.ne infamis efficiar. Ego vincã.i.probabo ⁊ ꝯvincã oppoſitũ dicentes ꝙ miſerũ eſt deprendi.i.deprehendi in adulterio.vel.i.etiã fabio.illo iuriſperito aliquãdo deprehenſo.iudice.i.iudicante ⁊ approbante. Deprendi leges propter verſum.non deprehẽdi. Quidam legunt miſerum eſt.⁊ tunc ſubintelligitur ꝙ vt ſit ꝙ miſerũ eſt deprendi.alij nõ ponunt eſt:ſed ſubaudiunt eſſe.vt ſit ego vincã deprendi eſſe miſerũ ⁊c. Alij vepallida vna dictiõe.

ACRO.

O Mnibus hoc vitiũ eſt cãtoribus ⁊c. In eundẽ tigelliũ hermogenẽ ⁊ hic inuehitur. vnde ille tigellius quaſi de noto dixit ille. Si collibuiſſet ab ouo vſqꝫ ad mala citaret. Ab initio cene vſqꝫ ad finẽ. ouũ eñ initiũ cene erat:quippe qđ ĩ guſtu ſtatim a balneis offerebatur Mala vero in ſecundis menſis erant. Sũma voce. acutiſſima que in ſumma parte organi eſt ⁊ hypate dicitur. Modo hac que chordis quattuor quinta chorda nete dicitur. Quattuor ima. idẽ poſt quattuor ac per hoc quinta Nil equale homini fuit illi.vt ſaluſtius de Catilina. Modo citꝰ: modo tardus inceſſus erat. In omnibus oſtendit inequalem.

ab ouo usque ad mala.

## Satyra tertia.

O Mnibus hoc vitiũ eſt cantoribus: inter amicos
Vt nunq̃ inducant animum cantare rogati.
Iniuſſi nunq̃ deſiſtant: ſardus habebat
Ille tigellius hoc:ceſar qui cogere poſſet
Si peteret per amicitiam patris atqꝫ ſuam: non
Quicq̃ proficeret:ſi collibuiſſet: ab ouo
Vſqꝫ ad mala citaret:bacche io: modo ſumma
Voce:modo hac reſonat q̃ chordis quattuor ima.
Nil equale homini fuit illi: ſepe velut qui

Currebat fugiens hoſtem:perſepe velut qui
Junonis ſacra ferret:habebat ſepe ducētos
Sepe decem ſeruos:mō reges atqꝫ tetrarchas
Omnia magna loqns:mō ſit mihi mēſa tripes et
Concha ſalis puri:ꝛ toga que defendere frigus
Quãuis craſſa queat.decies centena dediſſes
Huic parco paucis contento:quinqꝫ diebus
Nil erat in loculis:noctes vigilabat ad ipſum
Mane:diem totū ſtertebat:nil fuit vnqꝫ
Sic impar ſibi.nūc aliquis dicat mihi.quid tu
Nulla ne habes vitia?imo alia ꝛ fortaſſe minora.

Sepe velut qui.ordo eſt.Sepe currebat velut qui fugiēs hoſtē Perſepe velut qui iunōis ſacra ferret.Qui ſacra ī capite portāt lento gradu incedūt.Modo reges atqꝫ tetrarchas.Tetrarche dicūtur qui quartā ꝑtem regni imꝑatoris habent.Concha ſalis puri.marina in qua ſal plerūqꝫ ponitur.Puri autem ſine condimēti s ſimplicis nō cōditi.Huic parco:parco iſti paucis contento ſi dediſſes ducenta milia poſt quinqꝫ dies nihil inuenires.Noctes vigilabat.actō poſuit vt iugem oſtenderet vigiliaꝫ:quomodo.vna cū gēte tot annos.Bella gero.Jmmo alia.cōfiteor me habere vitia:ſed leuiora:ſed ſum ſimilis meuio qui dicebat ſe ignoſcere peccatis ſuis.

¶ Satyre tertie argumentum Aſcenſianum. ASCEN.

Tertia ſtoicidas taxantes crimina taxat.

¶ Ordo eſt.tertia ſup.ſatyra:taxat id eſt reprehendit:ſtoicidas.i.ſtoicos taxantes crimina.i.peccata que dicunt omnia paria:ꝛ equaliter punienda.

Omnibus hoc vitiū eſt cantoribus. Urbane admodū atqꝫ facete poeta in principio huius tertie ſatyre inconſtantiā atqꝫ intemperantiā Tigelliū hermogenis muſici notat:oſtendens eū in nulla re aut modū aut conſtantiā ſeruaſſe.Deinde qꝛ oblitus ſuorum peccatoꝝ auide aliena vitia taxare videtur:qḋ ꝛ meuius facere ſolebat:ideo nactus occaſionem eos carpit qui cū ſua vitia ſibi condonent aliena nimis acerbe reprehendūt:cum que leuia ſunt amicis ignoſcere debeamus:memores fragilitatis humane:qꝛ nemo ſine crimīe viuit Tandē a cynicis ad ſtoicos conuertens ſermonē eoꝝ dogma vehementer reprehendit quo dicunt vitia oīa eſſe paria ꝛ pari pena punienda:oſtenditqꝫ inſanos eē eius ſecte ꝓfeſſores:qui ſe ſolos ſapiētes eſſe iactant ꝛ ꝑ ſapientiā beatos eſſe nulliuſqꝫ egere:ſꝫ reges eē:cum tñ a pueris vt fatui vexentur ꝛ trahātur:ꝛ in miſeria viuāt.Hoc argumentū eſt.Oībus hoc vitiū eſt. Habet horatius de more vt principiū ſatyre ab vrbaniore alicuiꝰ rei narratione incipiat:ad auditores lectoreſqꝫ alliciēdos.vt hic a cōi vitio cantoꝝ:qḋ hodie quoqꝫ hñt.Per amicitiā patris id ē Julij ceſaris patris adoptiui auguſti:ꝛ ſuā.i.propriā:qꝛ vtriqꝫ carus fuit vt in ſcḋa ſatyra dcm̄ eſt.Ab ouo ad mala.Hic duo aduertes.Primū ꝙ veteres romani ſolūmodo cenas pompoſas habebant:nō prandia.anteꝗ̄ aūt ad cenā irent ſp in balnea deſcenderāt:vñ reuerſi plerūqꝫ ouū ſorbebant.Secundū ꝙ duas dūtaxat mēſas.i.poſitiones aut gña ferculoꝝ habebant.Unā carnium ſeu piſciū:ꝛ alterā pomoꝝ. Appellatiōe aūt pomi ꝯtinentur oēs fructus arboꝝ habētes corticē mollem:ꝛ appellatione nucis:habētes corticem durū.Mala aūt ſunt ea q̄ vulgo poma appellamus:vñ accipiēdo pomū gñaliter:pira ſunt poma ſꝫ nō ſunt mala.Tetrarcha dꝛ a tetras qḋ eſt quattuor ꝛ archi principiū:qſi princeps quarte ꝑtis alicuius regni ſicut herodes dictus eſt tetrarcha.Qui vero ſolus totiꝰ mūdi ꝑcipatū haberet monarcha diceret.Decies centena id eſt mille nūmū:centena eñ ꝓ centū accipitur:diſtributiuū pro principali ſeu abſoluto.Pulchre aūt poſt decies centū intulit quinqꝫ dies:quaſi duplo minori tp̄e ꝗ̄ centū multiplicent cōſumat.hoc eſt quolibet ducentena.Noctes vigilabat.De actō tp̄is varie ſunt grāmaticoꝝ ſñie. Seruius dicit honeſtiorē eſſe locutionē in actō:qḋ valla irridet dicens potius grecoꝝ imitationem.Acro dicit ideo in actō poni:vt iugē vigiliā oñderet ſignificans actm̄ tēporis importare continuationē ꝛ totalitatē:ſed valla reſtrigatur eo ꝙ nōnunꝗ̄ particula totalitatis addatur.vt totos hoſce ꝑmeno dies te quietū reddam:ꝛ hic iam tercentū totos regnabit annos.Porphirio dicit aduerbialiter in actō dici:has ſñias q̄dam meo iudicio nō imꝑite ſic cōcordat.Diciturqꝫ de tp̄e tripliciter poſſe interrogari per qñ:intra qḋ tēpus:ꝛ ꝗ̄diu.Ad queſtionē factam per qñ

Pomum
Nux
Malū

Actūs tp̄is

ſemper in abltō reſpōdebis:vt qn̄ datum eſt:anno milleſimo ⁊c.non annū milleſimū niſi prepo
natur prepoſitio actō deſeruiens.Ad queſtionē factā per intra:expreſſa ꝑpoſitiōe haud dubie
in actō pones:ſed ea tacita in ſolo abltō:vt intra quot dies ꝑleges virgiliū: intra viginti dies.
vbi cauebis puer ne dicas faciā vel feci hoc infra octo dies.nam intra dicendū eſt non infra in
hoc ſenſu.Sine aūt ꝑpoſitiōe dices.Octo diebus virgiliū perlegi:vt in textu noſtro:quinꝗ die
bus.i.poſt quinꝗ dies.vbi nō bene diceres quinꝗ dies nil erat in loculis.Sed ad q̄ſtionē fa-
ctam ꝑ ꝙdiu licet in abltō reſponderi pōt:conſuetius tn̄ ⁊ melius in actō reſpōdebis precipue
dum tēpus integrū ⁊ continuū ſignificas:vt ꝙdiu patet atri ianua ditis: Noctes atꝗ dies.i.
per totū tempus.Sic referre putant an dixeris craſtinū diem an craſtino die tecum ero: quia
priori modo ſignificas te per totū diem craſtinū cū eo futurū.Poſteriori aūt:quauis parte cra
ſtini ei affuturū.Neꝗ ſatis efficax eſt mihi ratio valle qua multa contra ceterorū auctoritatē ꝓ-
bare conatur:que eſt.Quicquid alicui dictioni additum a bonis auctoribus repitur:hoc ipſa ꝑ
ſe neꝗ ſignificat neꝗ cōnotat:ſed actō tꝑis additur dictio totū:ergo nō importat totalitatem.
verbo in ſco.additur verbū cepi:ergo nō ſignificat inceptionē vel inchoationē.Nam maior ipſi
us non eſt vniuerſaliter vera.Sed vt dr̄ a doctrinali.Equiualens geminis harū ſi iungitur vni
dictio ꝓ reliqua tm̄modo debet haberi.Sed hec grāmatici videant.Aduerte etiā: verbū erat
hic ⁊ ſepe alias pro eſſet poni.vt quinꝗ diebus.Nil erat id eſt nil eſſet vel fuiſſet in loculis.Lo
culi aūt ſunt ſacculi pecuniarū in hoc loco.Immo alia ⁊ fortaſſe minora.Hic diligentiſſime ad
uertes puer poetā duo prudenter facere.Nam ⁊ arrogantiā mendaciūꝗ euitat: ⁊ auctoritatē
ſuam diminuit.Arrogantiā ⁊ mendacium euitat:q2 fatetur ſe nō eſſe ſine peccatis.Auctorita-
tem aūt ſuā ſeruat dicens:peccata ſua eſſe alia ⁊ minora:per hoc innuens duo eſſe neceſſaria
ad hoc vt quis habeat auctoritatē reprehendēdi aliq̄ vitia.Primū vt eadem vitia que repreben
dit ipſe non habeat.Nam turpe eſt doctori ꝙ culpa redarguit ipſum.Unde neſcio qua fronte
aut quo ore contra ſimplicem fornicationē declamare audent:qui publice concubinā ſuam do-
mi fouent.Audiendi tamen tales fortaſſe ſunt:ſed nō imitandi: ⁊ licet in hoc nō peccant ꝙ ver
bo caſtitatem docent:peccant tamen:q2 exemplo dedocent:vnde optimū predicatorem imita-
ri deberent:de quo ſcriptū eſt.Cepit ieſus facere ⁊ docere.Secundo neceſſariū eſt:vt q2 nemo
ſine crimine viuit:ea vitia que predicator cōmittit ſint minora ꝙ̄ que reprehendit:aut ſaltē ſe
creta:vnde errant qui dicūt ſatyricos ſeipſos reprehendere quo alios poſſent liberius taxare:
cum oīno oppoſitum faciant.Nam horatius ſe omnino purgare conatur:ſed finem facio.¶ Or-
do eſt.Hoc vitium eſt oībus cantoribus id eſt oēs cantores habent hoc vitiū vt ipſi exiſtentes
inter amicos:rogati cantare:nunꝗ̄ inducant.i.poſſint inducere aīos ſuos cantare.i.ad cantā-
dum.Iniuſſi id eſt qn̄ non iubentur neꝗ rogant nunꝗ̄ deſiſtant.Videte hic manifeſtā auxeſiꝫ
in qua ſingula verba pondus habēt.Primū dicit omnibus:nō quibuſdam dūtaxat.Secundo
cantoribus quorū officium eſt cantare:nō alijs qui cantare neſciunt.Tertio nō dicit inter quoſ-
cūꝗ:ſed inter amicos.Quarto nō dicit ꝙ nō cantent:ſed ꝙ nō poſſint inducere animos ad cā
tandum etiā ſi velint.Quinto non dicit aliquādo ſed nunꝗ̄.Sexto nō dicit:ꝙ non cantent qn̄
cantus eorū non petitur: ſꝫ qn̄ rogati ſunt.Et ſexto ꝙ non ſolū nō cantent qn̄ ab amicis rogant
ſed ꝙ qn̄ iniuſſi ſunt.i.fortaſſe tacere iuſſi:nō ſolū cātēt:ſꝫ ꝙ nūꝗ̄ deſiſtāt cantare:vn̄ vtroꝗ vi
tio peccant.⁊ ita in hoc primū notatur Tigellius ꝙ ⁊ nimis impudēter tacebat ⁊ nimis impu-
denter cantabat.vn̄ dr̄.Sardus habebat ⁊c.ordo eſt.Ille.i.iam notus ex ꝑcedēti ſermone Ti-
gellius ſardus.i.ex ſardinia natus hebebat hoc ſup.vitiū.Si ceſar auguſtus qui poſſet cogere
eū vt cantet:peteret.i.amice depoſceret ꝑ amicitiā patris ſup.adoptātis videlicet iulij ceſaris:
atꝗ ſuā.i.propriam.Nā vtriꝗ familiaris fuit tigelliꝰ: ipſe auguſtꝰ nō ꝓficeret quicꝗ̄.i.in ali-
quo:q2 non poſſet precibꝰ impetrare vt cantet:ſi aūt collibuiſſet.i. libido cātandi tigelliū cepiſ-
ſet:ipſe citaret.i.recitaret:ab ouo.i.a primo ferculo ⁊ a principio cene vſꝗ ad mala.i.vſꝗ ad fru
ctus qui dātur in vltima ꝑte cene: ⁊ in ſecūda mēſa.ſicut hic caſeus datur ſuis tꝑibꝰ in fine mē-
ſe.citaret inquā.io bacche:que vox eſt nimia letitia aut ſaturitate affecti.Verſus aūt vult vt di
catur bacche io:non io bacche:q2 io primam producit:vt cuiuis notum eſt.Preterea bacche vo-
catiui caſus a ntō bacchus vltimam corripit:cuius cōtrarium tn̄ fieret ſi legatur io bacche.Ve
runtamen aduertes lector ſumme artis eſſe apud oratores ⁊ poetas dare perſonis quas loqui
faciūt propios ſermones qd̄ liuius in contionibus ſuis ſeruaſſe laudatur.Unde ſepe ineptis
perſonis attribuūt poete ineptos ſermones:vt Terentius ⁊ plautus militibus glorioſis vt ar
gute annotauit donatus in eunuchū.Si velimus ergo vitio ſyllabarum poetam noſtrum no-

taſſe vitium cantandi in Tigellio: nō erit abſurdum dicere io bacche: immo ſic in omnibus fere codicibus inuenies: ſed ad ordinem redeo recitaret inquā io bacche: modo id eſt aliquando ſumma voce .i. voce ſumme chorde que acutiſſima eſt: & modo id eſt interdum hac voce: que reſonat: ima id eſt depreſſa & infima quattuor chordis .i. ſm acronem poſt quattuor chordas hoc eſt quinta chorda: quia vult eum penthachordio vſum fuiſſe: aut ſm porphirionē: que reſonat ima id eſt infima: quattuor chordis .i. inter quattuor chordas: q2 dicit euꝫ tetrachordo ſeu tetrachordio vſum id eſt inſtrumento quattuor chordarum. vtroqꝫ autē modo notatur in hoc ꝙ medium non ſeruauit: ſed aut ſumma aut infima chorda: & per hoc aut acutiſſima aut depreſſiſſima voce recitauit. Nil fuit illi homini id eſt in illo homine: equale id eſt vniforme & conſtans. Ipſe currebat ſepe velut ſupple currit qui fugiens hoſtem ſupple currit. Perſepe id eſt valde ſepe ſupple lētiſſimo gradu incedebat: velut id eſt ſicut incederet ſupple qui ferret ſacra Iunonis in capite: qui ne cadāt lente incedit. Ipſe habebat ſepe ducentos id eſt plurimos ſeruos: & ſepe decem id eſt paucos ſeruos. Sunt qui legant ſepe duos ſeruos: ſed exemplaria fere habent: deceꝫ non duos: loquens id eſt in ore ſuo pompoſe verſans: mō reges atqꝫ tretrarchas id eſt principes viros: & omnia magna id eſt magnifica & pomposa: hoc eſt interdū tam magnificus voluit videri vt non loqueretur niſi de regibus & principibus: quia ſicut qui de deo eſt de deo loquitur: ita qui de curia regum et principum videri vult de ipſis ſemper loquitur. Modo id eſt interdum autem tam parcus & tam ſummomiſſo animo fuit: vt dicat: tripes id eſt ſedicula trium pedum ſit mihi menſa id ē tabula ad quam comedam: & concha id eſt teſta conche marine. puri id eſt inconditi ſalis ſit mihi obſonium ſupple: & toga ſit mihi veſtis ſupple: que toga quāuis ſit craſſa id eſt pingui & vili panno: queat id eſt poſſit defendere id eſt depellere a me frigus. iſtud autem creditur dixiſſe vbi omnia conſumpſerat. Nam ſubaudi: ſi. ſi tu dediſſes huic parco et paucis contento decies centena id eſt mille nūmos. Nil id eſt nullus nummus erat id eſt fuiſſet in loculis: quinqꝫ diebus id eſt intra vel poſt quinqꝫ dies: ipſe vigilabat noctes id eſt per totum tempus nocturnum vſqꝫ ad ipſum mane id eſt tempus quo ſol manat id eſt oritur: vel dicitur a ſalutatoribus mane id eſt bene ſit tibi: ſtertebat autem id eſt dormiendo profundo ſopore conſumebat totum diem. Nil id eſt nulla res fuit vnq̄ ſic impar id eſt inequalis & diſſimilis ſibi: ſicut Tigellius. Nunc aliquis dicat id eſt poſſit dicere mihi: hoc eſt Horatio. loquitur enim de ſe poeta. Quid tu horati ſupple facis aut de te ſentis: nulla pro non et vlla habes ne vlla vitia? reſpondet poeta: immo ſupple habeo alia vitia ſupple et fortaſſe minora ꝙ̄ reprehendo in Tigellio: et ita ſicut dixi duo prudenter facit: nam et iactantiam fugit et auctoritatem ſibi ſeruat.

Meuius abſentē nouium cū carperet: heus tu
Quidam ait: ignoras te? an tu ignotū dare nobis
Verba putas: egomet mi ignoſco meuius inquit
Stult⁹ & improbus hic amor eſt dignuſqꝫ notari.
Cum tua ꝑuideas oculis mala lippus inunctis
Cur in amicorū vitijs tam cernis acutum
ꝙ̄ aut aquile aut ſerpēs epidauri⁹: at tibi contra
Euenit: inquirant vitia vt tua rurſus & illi.
Iracundior eſt: paulo minus aptus: acutis
Naribus horū hominū rideri poſſit: eo ꝙ
Ruſticius tonſo toga defluit: & male laxus
In pede calceus heret: at eſt bonus vt melior vir

¶ Meuius abſentem nouiuꝫ cum carperet. Meuius cum de nouio male loqueretur ait illi alter. Dic mihi tu neſcis te. Cū tua peruideas oculis mala lippus inunctis. Ordo eſt cū tu lippus ꝑuideas tua mala inunctis oculis id eſt cum tua vitia cernas quaſi cecus: cur aliena ꝑſpicis oculis aquile? Inunctis aūt velut inunctis: vt Perſius. Hos puerꝫ monitus patres infundere lippos: pro velut lippos. Aut ſerpēs epidaurius. Generaliter omnes ſerpentes multum videre dicuntur. Epidaurium autem propter hyſtoriā poſuit. A libris em̄ ſybillinis romani ſunt moniti pro remedio ciuitatis: vt ſimulacrū eſculapij de epidauro inſula peteretur: quo romani cum veniſſent: et errore multorum ſimulacrorum certum inuenire

Acro

ſerpens epidau rius

nō poſſent:in conſpectu omniū
ſerpens nauim romanoꝝ petijt
qui ad vrbem delatus in ripa ty
beris viſus ſubito non apparuit
In ipſo aūt loco templū eſcula-
pio condiderunt. Paulo minus
aptus. qui non ſe aptant ad mo-
res hominū minus apti dicun-
tur:qui neſciunt rerū tempora:
illi importuniores ſūt. Acutis
naribus. ab acutis hominibus
rideri poſſunt: hi iracundiores
ſunt ⁊ inepti. Acutis naribꝰ er-
go metaphoricos dixit a canibꝰ
qui odore inueniunt cubilia be-
ſtiarū. Alij ſic exponunt. habet
aliquis vitia:vt aūt paulo iracū-
dior ſit ne poſſit deridentiū vani
tatē que tūc maxime exercetur
ſuſtinere:preſtat etiā de ſe ridē-
di materiā: qui ruſticius tōſus
ſit:⁊ toga ipſius defluat:laxoſq;
calceos habeat. Ruſticius ton-
ſo toga defluit. Quidā dicūt de
ceſare hoc dictū eſſe: ꝙ fluebat
eius ſemper toga.i. nō erat ſem
per bene compoſita. ⁊ imperito
tōſore vtebatur. Male laxus:in
decēter laxus. his exemplis col
ligit amicoꝝ vitia ſi ſint leuia eſ
ſe ferenda. At ingeniū ingens.
I.i.h.ſ.c.hic dicitur pulſari vir
gilius qui indecori corpis ⁊ ha-
bitus fuit. quaſi menius hoc di-
cat. ſed hec inculto corpore celā
tur. quia non facile probat aliq̄s
ſapientē eſſe eū qui male veſtit.
Nūqua tibi vitioꝝ īſeuerit olim
natura. Nunquid aliqua natura
vitioꝝ inſita fuerint. vt iam nox
humida celo precipitat. aut etiā
conſuetudo mala. Mire duo di
xit. Vitia enī naſcuntur: aut cō-
ſuetudine trahuntur. Ex conſue
tudine oſtendit naſci multa ma-
la. Nam ſi neglexeris quemad-
modum neglecto agro ſpine na
ſcuntur: ita indiſciplinato vitia
generantur. Preuertamur aut
redeamꝰ aut veniamus:pro trāſ
eamus. ſicut:volucremq; fuga p̄
uertitur hebrū. hoc eſt quod di
cit. non debemus offendi vitijs
amicorum: ſed nos vitia eorum

Non alius quiſq̄:at tibi amicus:at ingeniū ingēs
Inculto latet hoc ſub corpore. deniq; teipſum
Concute:nunqua tibi vitiorum inſeuerit olim
Natura aut etiam conſuetudo mala: nanq;
Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.
Illuc preuertamur:amatorem ꝙ amice
Turpia decipiunt cecum vitia: aut etiā ipſa hec
Delectant:veluti balbinum polypus agne
Vellem in amicitia ſic erraremus: ⁊ iſti
Errori nomen virtus poſuiſſet honeſtum.
Ac pater vt gnati ſic nos debemus amici
Si quod ſit vitium non faſtidire. ſtrabonem
Appellat petum pater:⁊ pullum male paruus
Si cui filius eſt:vt abortiuus fuit olim
Siſyphus:hunc varum diſtortis cruribus: illū
Balbutit ſcaurum prauis fultum male talis.
Parcius hic viuit:frugi dicatur. ineptus
Et iactantior hic paulo eſt. concinnus amicis
Poſtulat vt videatur. at eſt truculentior atq;
Plus equo liber:ſimplex fortiſq; habeatur
Caldior eſt: acres inter numeretur. opinor
Hec res ⁊ iungit:iunctos ⁊ ſeruat amicos.
At nos virtutes ipſas inuertimus: atq;
Sincerū cupimus vas incruſtare:probus quis
Nobiſcum viuit:multū demiſſus homo. illi
Tardo cognomen pingui damꝰ. hic fugit omnes
Inſidias:nulliq; malo latus obdit apertum:
Cum genus hoc inter vite verſetur: vbi acris
Inuidia:atq; vigent vbi crimina:pro bene ſano
Ac non incauto:fictum aſtutumq; vocamus
Simplicior quis ⁊ eſt (qualem me ſepe libenter
Obtulerim tibi mecenas) vt forte legentem

Aut tacitum impellat quouis ſermone moleſtus
Communi ſenſu plane caret. inquimus eheu
Quā temere in noſmet legem ſancimus iniquā.
Nam vitijs nemo ſine naſcitur. optimus ille eſt
Qui minimis vrgetur: amicus dulcis: vt equū ē
Cum mea compēſet vitijs bona: pluribus his ſe
(Si modo plura mihi bona ſunt) inclinet amari
Si volet: hac lege in trutina ponetur eadem.
Qui ne tuberibus proprijs offendat amicum
Poſtulat: ignoſcat verrucis illius: equum eſt
Peccatis veniam poſcentem: reddere rurſus.

ſaltē tolerare debemus. Nos debemus inquit imitari amatores qui non ſoluʒ non offenduntur amicarū vitijs: ſed etiaʒ laudāt. quia aliquando turpes meretrices diliguntur. Polypus agne. Agna nomen meretricis putridis naribus. Polypus aūt vitiū nariū: quod adoleſcentē nobilē delectabat. Et iſti errori nomen virtꝰ poſuiſſet honeſtū. Qō laudamus vitia amicoꝝ. i. virtꝰ ita errorē appellaret. memini viruʒ bonū. Appellat petū pater. peti proprie dicuntur quoꝝ huc atq; illuc oculi velociter vertuntur. Male paruis. leniter inclinatꝰ oculis niger ⁊ macilentus. Ut abortiuꝰ fuit olim ſiſyphus. Antonius triūuir frater antonij viri cleopatre: habuit filiū prodigioſe breuitatis. iſtū ſiſyphū appellat: qui erat ardentiſſimi ingenij. Hunc varū. varus appellatur introrſum retortis pedibus. Diſtortis cruribus illū. Balbutit ſcaurum. p. f. m. t. Scauri ſunt qui extantes talos habent. pater aūt balbutit ſcaurū. ſic enī blandientes infantibus fingere linguā ſuā ſolent vt eos imitentur. Alij dicunt ſcauros eſſe qui habent talos inuerſos. ſi filius habet talos tortuoſos pater balbutiendo vocat ſcaurū. Cōcinnus amicis. Compoſitꝰ: bonus. i. ſi iactans eſt aliquis dicatur ꝙ vult videri apud amicos concinnꝰ ⁊ bonus. Plus equo liber. vltra ꝙ oportet. plus equo liber eſt: qui quod ſentit tacere non poſſit. Simplex: non ambiguus aut bilinguis: ſed qui quod ſentiat dicat. vulgo aūt ſimplex modeſtus dicitur. Caldior: pro calidior. feruentior ad iraſcendū. Hec res ⁊ iungit. i. e. ſ. a. quia vitia infringimus: ⁊ leuioribus nominibus appellamus. At nos virtutes ipſas inuertimꝰ. i. male interpretamur dicentes que bona: mala. contra debemus alia dare nomina. i. leuiora. nos etiā virtutes deprauamus. i. laudes amicoꝝ in vituperationē conuertimus. Sincerū cupimus vas incruſtare. allegoricos de bono vino. quaſi de bono viro virtutē vitio polluere. Incruſtare vas dicitur cū aliquo vitioſo ſucco illinitur ⁊ inquinatur vel etiā vaſa cū ſint pura velut ſi ſint fracta incruſtantur. hoc eſt cooperiuntur auro. Tardo cognomen pingui damus. illū qui pinguis eſt tardū appellamus: naturā vertentes in vitiū. Pro pingui: tardo. pinguedo enī pregrauat ⁊ tardos facit. Hic fugit omnes inſidias. ſi non vult ſe admiſcere inſidioſis ⁊ nullū ledere aſtutū appellamus. Obdit: obijcit offert. Cū genus hoc inter vite verſetur. Cū in genere huius vite verſetur inſidioſoꝝ. Simplicior quis ⁊ eſt. q. m. ſ. l. o. t. m. Ordo aſt. Si quis ſimplicior eſt: qualē me tibi obtulerim ſepe ⁊ libenter o mecenas. hunc appellat moleſtū ⁊ ſtultuʒ. Senſus vero hic eſt. Si quis libere ⁊ ſine obſeruatione temporis interpellauerit amicū ſuū hunc dicunt ſtultū: ⁊ moleſtū. ſi quis eſt ſimplex. vt legentē aut cogitanteʒ moleſtus interpellet ſtatim eū carere cōi ſenſu dicimus. ꝙ temere in noſmet legē ſancimus iniquā: qui eadē ab alijs patimur: ⁊ eidē conditioni ſubiacemus. quia etiā illi eandē de nobis legē ſtatuerunt. Sancimus: affirmamus. iudicamꝰ. Nā vitijs nemo ſine naſcitur. ideo vitijs amicoꝝ debemus ignoſcere: vt illi noſtris ignoſcant. Urgetur: grauatur. Hac lege in trutina ponetur eadem. allegoricos: qui ignoſcit vitijs alioꝝ: mox eandem veniam conſequetur. Qui ne tuberibus. hoc dicit. ꝙ ſi quis magnis ſuis vitijs veniam poſcit ab amico: minoribus amici vitijs debet ante ignoſcere. Tuber eſt gibbus. hinc tuberoſus gibboſus. hec Acro.

¶ Meuius abſenteʒ ⁊c. Exemplo meuij detractoris reprehendit eos qui cū ſuis vitijs ignoſcent: ⁊ in eis videndis ceci ſint: alioꝝ vitia acerbiſſime carpunt: ⁊ videant ea aquilinis ⁊ ſerpētinis oculis. i. acutiſſimis. Aquila enī taʒ acuti viſus eſt: vt recto intuitu ſolis radios ſuſtinere poſſit: quin ⁊ pullos ſuos ſolē aduerſum intueri cogit: ⁊ ſi qui lucē ſolis non ſuſtinentes auertātur: illos veluti adulterinos e nido precipitat. Serpens etiaʒ ſubtiliſſimi eſt viſus. vnde grec ASCEN:

draco̅ a derco.i.aſpicio dicitur. Reprehendit ergo eos qui nimis ſeuere carpunt: nimis aũide: etiã perperaꝫ de hominibus iudicantes ⁊ facta indifferentia que ⁊ bona ⁊ mala eſſe poſſunt in peiorẽ partẽ interpretantes. quales ſunt qui negligentiã circa culturã corporis reprehendũt ⁊ ad ingenij cultũ non aſpiciunt. Cũ tamen ſi velint eſſe clementes ⁊ boni amici. deberent facere ſicut parentes qui liberoꝝ ſuoꝝ corporalibus vitijs honeſtiora vocabula dant. aut ſicut amatores qui amicarũ ſuarũ corporalibus vitijs non offenduntur: immo ſepe delectantur. Verũtamen ſciant chriſtiani ſic diligere homines vt eoꝝ vitia non diligant. Que vero dubia ſunt etiã chriſtianiſſimus in meliorẽ partẽ accipere poteſt. quod poeta taꝫ de vitijs corporis ꝙ̃ de vitijs animi abunde probat. Unde principalis diſputatio eſt hic contra eos qui triſti vultu ⁊ ſeuera barba vt cinici philoſophi nimis acriter in oĩs inuehunt: ita vt nullis amicis parcant. Et etiã contra eos qui quod peius eſt virtutẽ in vitiũ vertentes omnia carpunt. Manifeſtũ aũt eſt poetã ſolũmodo contra eos hec ſcribere qui ex maliuolentia ⁊ detractorio animo aut nimis inhumaniter hec faciunt. Non eñ loquitur contra eos qui humane corrigunt. Nã tota intentio ſatyricoꝝ intendit fraterne correctioni. Cetera in conſtructione patebunt. Ordo eſt. Cũ.i.q̃n meuiꝰ inuidus ille poeta ⁊ maliuolus detractor virgilij ⁊ horatij. carperet.i. maliuole roderet ⁊ diffamaret: nouiũ: virũ illũ bonũ. abſentẽ. quod ſignũ detractõnis eſt. Nã corrector bonus: preſentẽ ſecrete cõmonet. Quidã forte virgilius aut ipſe horatiꝰ: ait. heus tu meui ignoras te.i. vitia tua qui taꝫ auide carpis nouiũ: an putas te ignotũ dare nobis verba.i. decipere nos de factis tuis. Nã dare verba eſt decipere: eo ꝙ qui bona verba dant ſine effectu: decipiũt. meuius aũt inq̃t.i. reſpondit. egomet ignoſco.i. veniã do: mi.i. mihi. Ad quod poeta. hic.i. huiuſmodi amor quo q̄s ſe amans alioꝝ vitia carpit ⁊ ſua diſſimulat: eſt ſtultus. quia qui prudens eſt vitia ſua agnoſcit vt emendet. ⁊ improbus. quia vir probus alteri non facit quod ſibi fieri non vult. ⁊ dignus notari.i. diffamari ⁊ reprobari. Tractũ eſt ab infamibus quibus ob deteſtabile facinus inurit̃ nota. vnde notati dicuntur infames. Cũ tu lippus.i. quaſi lippus ⁊ male videns: peruideas.i. perſpicias tua mala.i. propria vitia: oculis inunctis.i. collirio impeditis ne recte videas. cur.i. quare: cernis.i. vides in vitijs amicoꝝ. tam.i. tantũ: acutũ.i. acute. ꝙ̃.i. quantũ aut aquile ſupple cernunt. aut ſerpens epidaurius.i. romã vectus ab epidauro inſula. hoc eſt quantũ quicũꝫ ſerpẽs. At pro ſed: euenit tibi contra.i. e contrario. vt ⁊.i. etiã illi inquirant. inueſtigent. rurſus.i. viciſſim tua vitia. Si ſupple quis eſt iracundior.i. modico magis inclinatus ad irã ꝙ̃ decet: ⁊ ſi eſt paulo minus aptus.i. affabilis ⁊ ſocialis. ip̃e poſſit rideri acutis naribus.i. contractis naribus in rugã. hoꝝ hominũ.i. irriſoꝝ ⁊ inuidoꝝ. eo.i. propterea ꝙ.i. quia toga veſtis a tegendo dicta defluit.i. deorſum fluit. ex humeris cadit illi exiſtenti tõſo ruſticius.i. paulo nimis ruſtice ⁊ negligenter. quod de ceſare dictũ putant. ⁊ quia calceus male.i. multũ ⁊ inepte laxus.i. diſſolutus heret in pede. vel ꝙ calceus laxus male heret in pede. At pro ſed o inuide: huiuſmodi vir queꝫ tu ob cultũ irrides eſt ita bonus vir: vt non ſit alius quiſꝙ̃ melior. at pro ſed eſt amicus tibi. at pro ſed. ingens.i. excellens ingeniũ. latet ſub hoc corpore inculto. veluti in virgilio quẽ meuius carpebat. Et eſt hic ſententia ſimilis illi. Corporis exigui noli contemnere vires. Ingenio pollet cui vim natura negauit. Denicꝫ.i. vt vno verbo dicã. concute.i. examina teip̃m. ⁊ eſt tractum a veſtibus: que dũ concutiuntur patent ſordes ⁊ pulueres antea latentes. Nũ.i. nunquid. an ne natura inſeuerit.i. imiſcuerit tibi per inclinationẽ ad peccatũ. qua.i. aliqua vitia. aut etiaꝫ mala conſuetudo. hoc eſt an ne tibi aliqua vitia ſunt inſita per inclinationeꝫ nature que prona eſt ad malũ. aut per conſuetudinẽ malã viuendi: que quaſi altera natura eſt. dico mala ꝯſuetudo. Nãcꝫ pro quia: filix.i. herba illa nociua: vrenda.i. que debeat vri ⁊ comburi innaſcitur agris: neglectiſ.i. incultis. hoc eſt ſicut in agris etiã bonis ⁊ fertilibus ſi non colantur ⁊ inſerantur bona ſemina: per ſe naſcuntur ſpine ⁊ herbe nociue. ita ſi quis bonã habeat naturã ⁊ eã non colat diſciplina: innaſcentur vitia ex mala conſuetudine ⁊ mala conuerſatione. Preuertamur.i. pertranſeamus illuc.i. ad illud propoſitum redeamus: ꝙ turpia vitia amice.i. mulieris amate decipiunt cecũ amatorẽ ita ꝙ ea non videat aut non iudicet eſſe turpia. vnde ſolet dici. Omnis amatori formoſa videtur amica. Et quecunꝫ placet res erit apta ſatis. Amator aũt ⁊ amica libidinis eſſe poſſunt: ſed amicus honeſtatis nomen gerit. turpia inquã vitia amice decipiunt cecũ amatorẽ ꝙ ea non videat aut non iudicet eſſe turpia. aut etiã hec ipſa turpia vitia amice delectant ip̃m amatorẽ. veluti polypus.i. feditas ⁊ imũdicia naſi: agne.i. illius meretricis. delectat ſupple balbinã. illũ nobilẽ adoleſcentẽ. Ego vellẽ (inquit poeta) ꝙ nos erraremus ſic in amicicia. hoc ẽ ꝙ tantũ amaremus amicos noſtros vt non percipiamus eoꝝ modica vicia. Verũtamen vt dixi

debemus ſic diligere homines vt eoꝝ vitia non diligamus. Et vt vetus philoſophoꝝ eſt verbũ: debemus amicos diligere vſqꝫ ad deos. ⁊ nõ vltra. i. ita ꝙ amore amici nõ offendam⁹ deũ: neqꝫ quicꝙ̃ contra iuſticiã ⁊ veritatẽ faciam⁹. ⁊ vellẽ: inquit poeta: ꝙ virtus poſuiſſet iſti errori quẽ offendimus in amico honeſtũ nomen: ita ꝙ eius exilia vitia in bonã partẽ accipiam⁹. vel melius ſic. ꝙ virtus poſuiſſet iſti errori quo erramus in factis vitioſis amicoꝝ honeſtũ nomẽ. ita ꝙ non dicatur error: ſed humanitas. benignitas. clementia. amicitia. aut ſimili modo. Ac pro⁊ vt. i. quẽadmodũ pater ſupple nõ faſtidit. i. nõ cõtemnit cũ faſtu ⁊ ſupbia vitiũ. i. deformitatem gnati. i. filij. ſic nos debem⁹ nõ faſtidire. i. nõ ſuperbe cõtemnere vitiũ amici. ſi ipſe amic⁹ habet quod. i. aliquod vitiũ. Et nota ꝙ non dicit ꝙ nos debem⁹ amare vitiũ amici: nec dicit ꝙ nõ debem⁹ amicũ corripe: ſed ꝙ nõ debem⁹ ei⁹ vitiũ modicũ ſupbe ꝯtẽnere tanꝙ̃ nos nullũ vitiũ habeamus. Probat aũt quomodo pater excuſat vitiũ filioꝝ: non in moribus. quia illud corrigi deberet: ſed in corpore quod emendari non poteſt. Pater appellat ſupple filiũ ſtrabonẽ. i. oblique ⁊ ex tranſuerſo videntẽ. petũ. i. habentẽ tremulos oculos: ⁊ ſe facillime in quãuis partẽ vertentes ſicut falcones videm⁹ habere. ⁊ videt̃ dici pet⁹a petẽdo: eo ꝙ quãcũqꝫ rez petat eo faciliter oculos dirigat. vel ꝙ petat. i. aggrediatur faciliter vnũquẽqꝫ oculis ſuis. vnde venus dicit̃ peta: ⁊ creditur in muliere viuacitatis ſignũ eſſe: ⁊ ad formoſitatẽ facere. vitiũ ergo oculoꝝ appellat nomine pulchritudinis. ⁊ ſicui. i. ſi alicui eſt filius male. i. multum ⁊ vſqꝫ ad difformitatem paruus id eſt parue ſtature. vt. i. quemadmoduz ſiſyphus abortiuus filius antonij triumuiri fuit olim. appellat ſupple eum pullum ſuum. i. tenellum puerulum. ſicut pullus equi placidus et tener eſt. Siſyphus aũt iſte dicitur fuiſſe intra bipedalem ſtaturam. vnde vocat eum abortiuum. quaſi ante maturum partum editus ſit. ⁊ appellat hunc id eſt alium filium: diſtortis cruribus. i. qui habet diſtorta ⁊ curuata crura: varum. i. habentem ſolũmodo crura introrſum modicum retorta vel parum elata. ⁊ balbutit: id eſt balbutiendo per blanditias vt puero complaceat; appellat illum. i. alium fultum. i. ſuſtẽtatum ⁊ innitentem talis male. i. multum ⁊ cum malo eius prauis. i. vitioſis ⁊ indirectis: appellat inquã ſcaurum. i. habẽtem talos extentos hoc eſt eleuatos. tali autez ſunt illa oſſa que nectunt crura pedibus. Applicat nunc ad vitia moralia. Si hic id ẽ aliquis amicus viuit parcius ſupple ꝙ̃ deceat. hoc eſt nimis parce ⁊ quaſi auare. dicatur frugi id eſt homo vtilis ⁊ ad frugem. i. cõmoditatem ſpectans. ⁊ nõ hõ prodigus aut perdit⁹. Si hic id eſt alius eſt ineptus. i. arrogãs ⁊ iactantior paulo. i. modico ſupple ꝙ̃ deceat. hoc eſt ſi ſe minus laudet ⁊ plurima de ſe promittat quando eſt in ſocietate amicorum. ipſe poſtulat id eſt exigit ⁊ petit. vt videatur. concinnus. i. comis ⁊ affabilis amicis: ⁊ ſe non fingens nec diſſimulãs: ſed quicquid in animo habet proferens. at pro ſed: hic ſupple. i. alius eſt truculentior. i. nimis ſeuerus ⁊ immitis paulo plus ꝙ̃ conueniat. ⁊ eſt liber. i. audax in reprehendendo aut in dicendo id quod habet in animo. plus equo. i. ꝙ̃ equum ⁊ iuſtum eſt. ipſe poſtulat vt habeatur fortis non truculentus ⁊ ſimplex id eſt non fictus nec doloſus: ſed quicquid in animo habet dicens ſine diſſimulatione. Et ſi ſupple eſt caldior. i. calidior ⁊ feruentior ad iram ꝙ̃ deceat. ipſe vult vt numeretur inter acres viros. ego opinor inquit poeta: ꝙ hec res id eſt huiuſmodi modus cenſendi de vitijs amicorum iungit amicos: id eſt facit inire ⁊ coire in amicitiam: ⁊ ſeruat amicos iũctos ne diſſoluantur. At pro ſed: nos inuertimus id eſt in malum ⁊ in cõtrariũ vertimus ipſas virtutes amicorum appellantes eas nomine vitiorum: atqꝫ cupimus id eſt deſideramus: incruſtare id eſt illinere tanꝙ̃ impurum aut putridum. vas ſinceruz id eſt purum ⁊ ſine carie. vel ſincerum id eſt ſolidum ⁊ plenum ⁊ non vitioſum cui non eſt opus incruſtatiõe. Probat exemplis Si quis probus id eſt modeſtus homo viuit nobiſcum. ipſe vocatur ſupple homo multum demiſſus id eſt vilis ⁊ ignauus ſine induſtria aut acrimonia. ⁊ damus illi pingui id eſt qui eſt pinguis cognomen tardo: id eſt cognominamus eum tardum qui pinguis eſt. ⁊ ita quod nature ẽ damus vitio. Si hic id eſt alius fugit omnes inſidias id eſt ſocietatem inſidioſorum ⁊ malignãtium. qꝫ pro ⁊. nulli pro non ⁊ vlli. ⁊ non obdit id eſt non opponit vel obijcit: vlli malo id eſt maliuolo latus ſuum apertum: id eſt cum nullo malo litem querit. cum id eſt quando verſetur inter hoc genus vite id eſt viuentium. vbi id eſt in quo genere vite. acris id eſt vehemens inuidia. ⁊ crimina id eſt criminationes ⁊ accuſationes vigent id eſt ſunt in vigore. nos vocamus eũ pro bene ſano. ac non incauto id eſt vbi deberemus eum vocare ſanum ⁊ prouidum aut non incautum. i. bene ſcientẽ cauere litem ⁊ incõmoda. vocam⁹ eũ fictũ. i. ſubdolũ ſimulatorẽ ⁊ fraudulentũ. ⁊ aſtutũ. i. callidũ ⁊ vafrũ in altero decipiendo. dicit̃ ab aſty ſeu aſtu: qḋ attica lingua vrbẽ ſignificat. in qua hoĩes callidiores ⁊ fraudulentiores ſolebant eſſe ꝙ̃ ĩ agro aut rure. Et ſi qs eſt

poſſeſſiua pro ſe poni:ideo comperies diuerſos caſus ⁊ per coniunctionē ⁊ ſine ea ſepe coniun‑ gi:vt apud Terentiū:preſidio meo atqꝫ hoſpitis.vbi non dices preſidio mei atqꝫ hoſpitis. Et hic ſcripta mea timentis:non dices:ſcripta mei timentis:⁊ in euangelio.Tuam ipſius animā non reſolues tuipſius.Errant ergo qui poſſeſſiuum in primitiuū latine reſoluendum cenſent: cum liber mei aut ſcripta mei latinū non ſit.Quinto ſcies ad poſſeſſiua tanꝙ̄ primitiua ſint re‑ lationem fieri.vt in andria Terentij:fortunas meas qui filium haberem ⁊c.Hec ad preſens ſa tis ſint:nunc ad ordinē reuertamur. Quēuis media elige turba.Elige media turba id eſt ex to to populo:quēuis id eſt quēcunqꝫ vis:aut laborat id eſt peccato vexatur ob auaritiam.aut labo rat miſera ambitione id eſt cupiditate honoris que miſeros facit:quia nemo cupidus conten‑ tus eſt omnis autem male contentus etiam ſi multa habeat miſer eſt. Hic id eſt aliquis ex po‑ pulo:inſanit amoribus nuptarum.Hic id eſt alius inſanit:amoribus id eſt nephanda libidine puerorum.Splendor argenti capit id eſt irretitum tenet ⁊ nimium delectat:hunc id eſt aliuꝫ Albius vir ita appellatus ſtupet id eſt ſtupidus ⁊ inſanus efficitur:ere id eſt propter es corin‑ thium varijs ſignis impreſſum:nec dicas:albius id ē pallidius.Hic id eſt alius mutat merces id eſt facit mercatum cōmutando merces ſuas:olim enī omnis venditio erat quedam cōmuta‑ tio ante vſum argenti:mutat inquā a ſole ſurgente id eſt ab oriente:ad eum ſupple ſoleꝫ quo ſo le regio veſpertina id eſt vbi ſol veſperi tepet id eſt tepida ⁊ non tam calida eſt ſicut in oriente: vult autem occidentē ſignificare:vt ſit ab oriente in occidentem:quin id eſt quinetiam:fertur id eſt violenter ab auaricia impellitur preceps id eſt feſtinus ⁊ inconſideratus:vti id eſt velu‑ ti ſicut puluis collectus a turbine id eſt ab impetu ventorum:per mala id eſt per dura ⁊ pericu loſa:metuens ne quid.i.ne aliquid deperdat id eſt amittat de ſumma ſui patrimonij:aut ſupple mutat merces vt ampliet rem id eſt diuitias ſuas.Et de his infert poeta.

Omnes hi metuūt verſus:odere poetas.
Fenum hꝫ in cornu.longe fuge.dūmodo riſum
Excutiat ſibi:non hic cuiꝙ̄ parcet amico
Et quodcūqꝫ ſemel chartis illeuerit omnes
Geſtiet a furno redeuntes ſcire lacuqꝫ
Et pueros ⁊ anus.agedum pauca accipe cōtra.
Primū ego me illorū dederim quibꝰ eſſe poetas
Excerpā nūero.neqꝫ enim cōcludere verſum
Dixeris eſſe ſatis.neqꝫ ſiquis ſcribat vti nos
Sermoni propiora:putes hunc eſſe poetā.
Ingeniū cui ſit:cui mens diuinior:atqꝫ os
Magna ſonaturū des nōis huius honorem.
Idcirco quidam comedia nec'ne poema
Eſſet:queſiuere.ꝙ acer ſpiritus ac vis
Nec verbis nec rebus ineſt:niſi ꝙ pede certo
Differt ſermoni ſermo merus.at pater ardens
Seuit ꝙ meretrice nepos inſanus amica
Filius vxorem grandi cū dote recuſet.

¶ Omnes hi metuunt verſus ꝙ hmōi vitijs dediti ſunt.Odere poetas q̄ ſatyras ſcribunt. Fenum hꝫ in cornu:ſic loquūtur inter ſe q̄ ſunt vitioſi:fuge iſtū poetam ſatyricū qui fenū hꝫ ī cornu Metaphoricos autē dixit:q: q̄n feriunt boues in cornibus eis ligatur fenū.Agedum paucis accipe contra audi tu qui reprehēdis ſatyricos poetas:nō ꝙ Hor. multū recitat:ſꝫ ꝙ videt̄ conſcius pctōꝝ.Primū ego me illoꝝ.primū ego eximo me de nūero eoꝝ q̄bus do hoc nomē poetas.i.me dico nō eē poetā:neqꝫ ei q̄ ſcit v̾ſus facere eſt poeta.Sermoni ꝓpiora:vicia fabulis ⁊ orōi. Idcirco q̄dā comedia nec ne poema.e. queſi. q: v̾ba comicoꝝ apta ſunt ꝓſe ⁊ orōni dubitatio eſt vtrū comedia poema dici pōt. Queſiuere:dubitauer̄. Nō acer ſpi.a.v. n v.n.r.i.eo ꝙ elata v̾ba i comedia eē nō dn̄t:ſꝫ q̄ hoc nō hꝫ dubitat̄ an comedia ſit poema. At pr̄ ardēs ſeuit.ꝙ.m.ne.ni.a.Dixit ſuperiꝰ dubitat̄ vtrū poema dicat̄ comedia:q: i ea nō ſunt neqꝫ v̾ba neqꝫ ſenſus elati:q̄ aūt vult videri comediā eē poema:dicit acrē eē ſpūm:ſiquidē oſtendit patrem

Acro

Ebrius ⁊ (magnum qđ dedecus) ambulet ante
Noctem cum facibus. nunquid pomponius iſtis
Audiret leuiora: pater ſi viueret? ergo
Non ſatis eſt puris verſum perſcribere verbis:
Quem ſi diſſoluas: quiuis ſtomachetur eodem
Quo perſonatus pacto pater. his ego que nunc
Olim que ſcripſit lucilius: eripias ſi
Tēpora certa modoſqꝫ: ⁊ qđ prꝰ ordine verbū ē
Poſterius facias preponens vltima primis:
Non: vt ſi ſoluas: poſtꝙ̄ diſcordia tetra
Belli ferratos poſtes portaſqꝫ refregit:
Inuenies etiam diſiecti membra poete.

in luxurioſum filiū ſeuire vehementer. Ebrius ⁊ magnū ꝙ de. am. Ordo eſt ꝙ ambulet cuꝫ facibus quod eſt magnū dedecus Ante noctē cū facibus. propter noctē. aut ante tempus noctis. quia ceci ſunt amatores qui vtūtur facibus eo tempore quo nō eſt vtendū. Nunquid ponimus iſtis. a. l. Verba eius qui deſtruit comediā non eſſe poema. Si viueret pater non leuiora verba luxurioſus audiret pomponius ꝙ̄ audit filiꝰ a comico patre. Ergo non ſatis eſt. p. v. p. v. Nō ſufficiunt pura verba ad appellandū poetā metro concluſa. Debet enī poeta ⁊ grauia verba ⁊ compoſita cū ſenſibus elatis habere Puris. ſine figuris ⁊ magno ſono. Perſonatus. perſonā comicam gerens. de comedia qui perſonā patris accipit. Eripias ſi. ordo eſt. ſi eripias his ⁊c. Senſus hic eſt. ſi ordinationē metricā mutes in opere lucilij vel meo: non eandē grauitatē inuenies quā in ennij verſu ⁊ pacuuij ſoluto. i. nō ita inuenias quēadmodū ſi ſoluas verſus ennij aut pacuuij: qui etiā ſoluti altitudinē ⁊ tumorē poematis obtinent. Tempora dixit moras ſyllabarū ⁊ correptiones. Non vt ſi ſoluas. ordo eſt. Non inuenies ⁊c.

ASCEN. ¶ Omnes hi metuunt verſus ⁊c. Obiectū erat auctori noſtro ꝙ paucos ⁊ eos aridos ac humiles verſus ſcriberet: quadā animi maliuolentia ad ſatyricā prouinciā ſe inuita muſa contorquens. Nā ſi ad ſatyrā natus eſſet longe cultiores ⁊ magis fluentes verſus (vt dicebant) pangeret. Reſponſum eſt aūt a poeta noſtro primo videlꝫ ꝙ paucos ſcriberet. non enī id ſibi vitio dandū putat: ſed econtrario lucilio ceteriſqꝫ qui cū multos verſus ſcriberent eos lutulentos ⁊ incaſtigatos emittebant. Nunc aūt reſponſurus ſecūdo obiecto videlꝫ ꝙ aridos ⁊ humiles verſiculos ſcriberet. oſtendit ad ſatyrā altitudinē ſtili non pertinere. Naꝫ ſatyra ſicuti in principio huius ſermonis patuit ex comedia priſca ortū habet. de comedia aūt ⁊ priſca ⁊ noua dubitatur an mereat̄ dici poema. ⁊ plures tenent ꝙ non: eo ꝙ comicꝰ nō hꝫ ea q̄ poete neccria ſunt. videlicet. Ingeniū. i. naturalē ⁊ ingenitā venā ⁊ benignitatē ad carmē. mentē diuiniorē ꝙ̄ ceteri. i. poetico furore raptā ad altiora ꝙ̄ vt humana dicantur concipienda. ⁊ os magna ſonaturū. i. altiſonū ⁊ eruditū ſtilū floſculis. figuris ⁊ figmentis poeticis decenter ornatū. Si quis dicat in comedia eſſe acrē ſpiritū eo ꝙ comicus pater interdū ardenter contra filiū luxurioſum exclamet. dicit poeta id ſatis non eſſe. Nam etiā extra comediā in vulgari ⁊ vernaculo ſtilo id facit. Quia ergo in comedia ⁊ in ſatyra non ſunt verba altiſona ⁊ ꝙ̄uis maieſtatē habentia non merētur dici poema. i. opera facta a poeta in eo ꝙ poeta ꝙ̄uis conſtent metro. Nā poemata etiā diſſoluta maieſtatē ⁊ grauitatē ſuā habent. vt liquido patet exemplo enniano. Poſtꝙ̄ diſcordia tetra ⁊c. In quibus verbis ꝙ̄uis ſententia plena haberi non poteſt. videtur loqui de templo iani quod tempore pacis clauſum fuit ferratis poſtibus. vnde primo eneid. Dire ferro ⁊ compagibꝰ arctis Claudentur belli porte ⁊c. Hoc eſt quod hic dicitur. Fenum habet in cornu. i. quemcunqꝫ ſatyrico ſtilo petit ⁊ ferit ſicut bos petulcus ⁊ ſolitus cornibus ſuis ferire vt homines fugiāt fenum in cornu portat: tam vt noſcatur ꝙ̄ vt cornua feno inuoluantur ne ledant. Solent etiam in pratis boues petulci fenū collectū appetere: ⁊ ita in cornibus aliquid feni derelinqui: quod videntes aufugiunt. Agedū: adhortandi eſt aduerbiū. Et ſcies ſm̄ Vallā hec tria age: agite: ⁊ agedū hoc differre ꝙ age tm̄ ſingularis nūeri v̓bo apponit̄. agite tm̄ p̓lalis. agedū vero vtriuſqꝫ. Sonaturū ſicut lauaturū ſm̄ regulā dixit. Nā ⁊ ſoniturū ⁊ loturū ⁊ lauturū dicit̄. Nepos: luxurioſus dicit̄. ⁊ vulgo meretrices amatores ſuos nepotes: ⁊ illi amicas neptes vocant. Ante noctē cū facibꝰ. quidā allegoricos de facibꝰ amoris dictū volūt. ſꝫ rectiꝰ me iudice ſimplr̄ intelli

gas.viri eñ honeſti ſine facibꝰ noctu nō ambulant.ſed ebrij qui vt noctu cū facibꝰ redeāt faces ſecū deferebāt:etiā ante noctē cū facibꝰ redibāt.qđ magnū dedecꝰ erat.Perſona dicit̄ ſm̄ quoſ-dā ꝙ per eaꝫ fiat diuerſus ſonꝰ ſm̄ qualitatē ⁊ etatē loquētis.eſt eñ quā faciē falſam appellant gallici.Perſonatꝰ aūt dicit̄ comedꝰ in perſona comediā agens. Ordo eſt.Omēs hi predicti me tuunt verſus ſatyricos ſupple.⁊ odere.i.oderunt poetas ſatyricos. dicentes viſo ſatyrico poeta vides ne eū.ipſe habet fenuꝫ in cornu.fuge lōge ab eo ne feriat.hoc eſt ne ſatyrico ſtilo te notet. hic eñ dūmodo excutiat ſibi riſum.i.poſſit ridere ex quadā petulantia animi nō ꝑcet cuiꝙ ami co quin ipm notet ⁊ infamē reddat.⁊ quodcūꝗ ſupple peccatū ipſe illeuerit.i. inſcripſerit illitꝭ chartis.geſtiet.i.imoderate cū geſtu exteriori corporis ſui gaudebit ⁊ cupiet omēs ⁊ pueros ⁊ anꝰ.i.vetulas.i.oēs cuiuſcūꝗ ſexus ⁊ etatis redeuntes a furno vbi panis fit ⁊ a lacu vbi haurit̄ aqua ⁊ piſces capiunt̄.quibꝰ carere nō poſſumꝰ ſcire.i.vt ſciant.loquit̄ poeta.Agedū o calūnia-tor accipe pauca contra.i.in ɔtrariū ꝓ defenſiōe ſatyricoꝝ.Ego primū.i.anteꝙ ſatyricos defen dā a petulātia iſtā.excerpā.i.eximā me d̄ nūero illoꝝ qbꝰ dederim eſſe poetas.Notādū aūt poe tas in actō poſt datiuum cōiungi verbo eſſe.neꝗ ꝓ ⁊ nō.et nō dixeris.i.nō recte quiſꝙ dixerit concludere.i.ſub certis pedibꝰ ⁊ numeris claudere verſum eſſe ſatis vt quis ſit poeta.neꝗ ſi qs ſcribat ꝓpiora.i.valde vicina ſermoni.i.orationi vulgari:vti.i.ſicuti nos ſatyrici ſcribimus.pu-tes hunc.i.talē eſſe poetā.ſed des honorē huius nominis:videlicꝫ poete.illi cui ſit ingeniū.i.in genita vis ad carmen.cui mens diuinior ꝙ ceteris.hoc eſt diuino furore ad altiora ꝙ vt huma-na credantur cōcipienda:atꝗ cui ſit os ſonaturū.magna.i.magnifice ⁊ altiſone .i. qđ cōcepta debite eloqui poteſt.Quidā grāmatici periti queſiuere.i.dubitauerūt comedia eſſet poema nec ne.i.an nō.idcirco.i.ꝓpterea ꝙ acer ſpiritꝰ ac vis.i.vehemētia loquēdi nec ineſt verbis nec re bus.i.ſentētijs:niſi ꝙ ſermo merus.i.pure ꝓſaicus:differt.i.diſtinguitur ſermoni ſupple comi-co certo pede.i.metri genere.At pater ardens.Obijcit̄ ab his qui volūt ꝙ comedia ſit poema. Et ſcies ꝙ poema eſt quoduis opꝰ poeticū.Poeſis eſt tota editio alicuiꝰ poete.Poetice eſt ipſa ars.poeta eſt factor ⁊ artifex.poetria grece mulier poetices perita dicit̄.Dicit ergo aliter ſenti ens.At ꝓ ſed pater comicꝰ ardens.i.excandeſcens ⁊ ira feruens:ſeuit.i.magnifice loquēdo ob iurgat:ꝙ filiꝰ nepos.i.luxurioſus inſanꝰ amica meretrice.recuſet vxorē cū grandi dote:⁊ ꝙ ipſe ebriꝰ ambulet ante noctē.i.priuſꝙ nox ſit cū facibꝰ.qđ magnū dedecꝰ ſupple eſt.Reſpondet poe ta ꝙ hoc nō ſatis ſit ad hoc vt attingat poeticā celſitudinē. Nā quilibet pater etiā in vernacula lingua ſeuire pōt:ſed nō poetice loqui.vñ dicit.Nūquid pomponiꝰ pupillꝰ perditꝰ (quē ꝑ tranſi tū notat) audiret leuiora.i.leuiorē obiurgationē ſi pater viueret.iſtis.i.ꝙ ſint iſta q̄ tu de comi co patre adducis:q.d.non.vñ cōcludit.ergo nō eſt ſatis ꝓſcribere verſum puris.i. ſine figurꝭ ⁊ magno ſono verbis.quē verſum ſi diſſoluas.i.a metro ſoluas ⁊ pedū ordinē diſſoluas.quiuis.i. quilibet pater ſtomachetur.i.elato ſtomacho obiurgabit filiū eodē pacto.i.modo quo pater ꝑ-ſonatꝰ.i.qui a ꝑſonato comedo agit̄.Si tu eripias his q̄ ego nunc ſupple ſcribo.⁊ q̄ luciliꝰ olim ſcripſit.i.ſatyricis verbis certa tp̄a ⁊ modos.i.rationē metricā.⁊ facias verbū qđ eſt prius ordi ne:poſteriꝰ preponens.i.anteponens vltima verba primis.tu nō inuenies mēbra.i.imaginē ⁊ agnitionē poete diſiecti vel diſſecti.i.diuiſi.vt.i.quemadmodū ſupple inuenies ſi ſoluas hec ſe quētia verba ennij poete.Poſtꝙ tetra diſcordia:refregit.i.frāgēdo reſoluit poſtes ferratos .i. ferro munitos.belli.i. quibꝰ bellū in tēplo iani includit̄.⁊ portas ſup.ferratas.belli.q̄ verba re-uera maieſtatē poeticā etiā ſoluta habēt.qđ aūt dicit mēbra poete.tractū videt̄ a cadauribꝰ ho minū diſſectoꝝ quoꝝ mēbra nō agnoſcūt̄.Nec caput regꝭ a ſerui poſt reſolutionē carnis diſcer nit̄ vt a ſatyrico recte ānotatū ē.

Hactenus hec.alias iuſtū ſit necne poema.
Nunc illud tantū querā:merito ne tibi ſit
Suſpectum genus hoc ſcribendi.fulcius acer
Ambulat ⁊ caprius rauci male cumꝗ libellis
Magnus vterꝗ timor latronibꝰ:at bene ſi quis
Et viuat puris manibus:contemnat vtrūꝗ.
Vt ſis tu ſimilis celi birriꝗ latronum

ACRO.

¶ Hactenꝰ hec.Hucuſꝗ dixe rim vtruꝫ ſatyra ⁊ comedia ſint poema necnō.Alias.alio tp̄e.in loco . vt Terē.qñ alias ꝙ hodie has fieri nuptias. Non alio mō vt quidā volunt . Nūc illud que-rā.deeſt audire vtrū iure metu-as.Sulciꝰ acer a.⁊.c.Sulcius ⁊ caprꝰ nomīa fuerūt delatoꝝ.alij actores volūt fuiſſe cauſaꝝ:inde etiā rauci traduntur aſſiduitate

agēdi. Ut tu ſis ſimilis celi hirriq latronū. Celius ⁊ Hirri⁹ perditi adoleſcētes fuerunt. Si tu vis inq̄t ſilis eſſe male viuētib⁹: cur ego per carmen illud vetor ſimilis eſſe accuſatorib⁹. ⁊ eſt ſublimis iuectio. Nulla taberna meos. h. n. p. l. negat ſe libros ſuos edere bibliopolis ne in imperitā turbā decidant. qualis ē hermogenes tygelli⁹. Plerūq eni in pilis vel in colūnis epigrammata ſcribebant poete vl' bibliopolis tradebant. hoc ideo poſuit pro bibliopole ſtatione qui armaria circa pilas vl' colūnas habebant. ac per hoc oſtēdit ſe nō temere cuiq libellos ſuos edere niſi nobiliſſimis perſonis. In medio qui ſcripta foro recitent ſunt multi. hoc ſic pronunciādū eſt. quaſi dicat quilibet nō indigniores te ſunt qui in medio foro recitant. Naz multos dicunt eſſe qui i balneis recitant: ideoq clamam⁹ hanc cauſam per ironiā quia in balneis meli⁹ vox ſonet. Ledere gaudes. Subiectio eſt. Sed forte dicis quō ſatyraz ſcribis o horati? Eſt auctor quis deniq eoꝝ. Ordo eſt. Deniq q̄s eoꝝ eſt auctor. i. quis eoꝝ delator eſt cū quibus cōuiuat⁹ ſum? ergo coniecturis colligis crimine hoc me dignū eſſe. Abſentez qui rodit amicū. Sūt eñ quidā qui dū volunt ſe vrbanos haberi quaſi per facetias lacerant alios vū prius. dūmō riſum excutiat ſibi: non hic cuiq parcit amico. Niger. maledicus. Hunc tu romane caueto. Hui⁹ act⁹ debes romane metuere non me. Quaternos. i. duodecim i triclinio. Nā inde ⁊ triclinīū dictū eſt a tribus lectis. Quauis: qua ratione vis. vt poeta. Qua facere id poſſis noſtrā nūc accipe mentē. Aſpergere: notare ſermonibus venenoſis. Ego ſi riſi q̄ ineptus paſtillos rufillus olet. ſepe in conuiuio vides aliquez de omnib⁹ male loquentē excepto eo q̄ paſcit: ⁊ vrban⁹ videt. ego ſi

Non ego ſim capri neq ſulci: cur metuas me  
Nulla taberna meos habeat neq pila libellos  
Quis manus inſudet vulgi hermogeniſq tygelli  
Nec recito cuiq niſi amicis: idq coactus:  
Non vbiuis: coram ve quibuslibet. in medio qui  
Scripta foro recitent ſunt multi: quiq lauantes  
Suaue locus voci reſonat concluſus. inanes  
Hoc iuuat. haud illud querentes nū ſine ſenſu  
Tempore nū faciant alieno. ledere gaudes  
Inquis. ⁊ hoc ſtudio prauus facis. vnde petitum  
Hoc in me iacis? eſt auctor quis deniq eorum  
Vixi cum quibus? abſentem qui rodit amicum:  
Qui non defendit alio culpante: ſolutos  
Qui captat riſus hominum: famamq dicacis  
Fingere qui non viſa poteſt: commiſſa tacere  
Qui nequit: hic niger eſt: hunc tu romane caueto  
Sepe tribus lectis videas cenare quaternos:  
E quibus vnus auet quauis aſpergere cunctos  
Preter eū qui prebet aquā: poſt hūc quoq pot⁹:  
Condita cum verax aperit precordia liber.  
Hic tibi comis ⁊ vrbanus liberq videtur  
Infeſto nigris. ego ſi riſi q̄ ineptus  
Paſtillos rufillus olet: gorgonius hircum  
Liuidus ⁊ mordax videor tibi. mentio ſi qua  
De capitolini furtis iniecta petilli  
Te coram fuerit: defendas vt tuus eſt mos.  
Me capitolinus conuictore vſus amicoq  
A puero eſt: cauſaq mea permulta rogatus  
Fecit: ⁊ incolumis letor q̄ viuit in vrbe:  
Sed tamen admiror quo pacto iudicium illud  
Fugerit. hic nigre ſuccus loliginis: hec eſt  
Erugo mera. quod vitium procul abfore chartis

Atqꝫ animo: prius: vt ſi quid promittere de me
Poſſim aliquid vere: promitto: liberius ſi
Dixero quid: ſi forte iocoſius: hoc mihi iuris
Cum venia dabis: inſueuit pater optimꝰ hoc me
Ut fugerem exemplis vitiorum queqꝫ notando:

aliquē merito vitupauero reꝑhendor. Mentio ſi qua de capitolini furtis iniecta petilli. Petillius cū in capitolio eſſet coronā rapuit. Eſt aūt genitiuus de furtis capitolini petillij. Naꝫ ex crimine capitolinꝰ petilliꝰ dicebatur. Is ex poliatōne capitolij accuſatꝰ: dubiū aūt vtrū gratia iudicū ſit abſolutꝰ. tñ capitolinꝰ vocabat̃. Succꝰ: virꝰ liuor. Loligo piſcis eſt quo attramentū fit. Qō vitiū ꝓcul abfore chartis. Hanc maliciā qua ſolēt ꝑſequi etiā amicos ſuos amouebo a libris meis atqꝫ animo. Ordo eſt. priꝰ ꝓmittere poſſum. i. ſi qd eſt qō de me vere ꝓmittere poſſim ⁊ hoc vere polliceor: abfuturaꝫ eſſe malignitatē q̄ etiā amicis nocet. Inſueuit. admonuit: docuit ad libere loquendū vt mōſtrā do ſingulorꝝ vitia effugerē. ASCEN.

Hactenꝰ hec ⁊c. Purgauit ſe poeta ab eo ꝙ ⁊ paucos ⁊ non altiſonos verſus ſcriberet: nūc ab eo ꝙ ſatyrā ſcribit ſe defendit. oſtenditqꝫ primo ꝙ ſicut non ē imputandū accuſatoribꝰ publicis ſi timori ſint multis: ſed illis qui crimina cōmittūt. qꝛ qui innocens eſt neqꝫ accuſatorē neqꝫ iudicē iuſtū neqꝫ executorē formidat. ſic qui innocens eſt ⁊ honeſte vite ſatyricos timere nō dꝫ: ⁊ hoc generaliter de oībꝰ qui ſatyrā ſcribāt dictū videt̃. Scdo oſtendit de ſeipo poeta ꝙ nō ſcribat ſatyrā animo diffamādi quēcūqꝫ. qꝛ diffamatores libellos ſuos aut publice recitant: aut videndos omnibus exponūt. imo multi in medio foro aut in balneis recitare ſolent. Horatiꝰ aūt tm̄modo corā paucis amicis ⁊ id coactꝰ recitare ſolitꝰ: cauebat ne carmina ſua in manꝰ vulgi decidant. Tertio purgat ſe ab obiectione que talis eſt. Quāuis corā paucis recites ⁊ id coactꝰ: nō tñ cogeris ſatyrā ſcribere. vñ conſtat te ex malignitate ⁊ animo ledēdi ſcribere. Hoc aūt poeta maxime negat: docens teſtimonio oīm quibuſcū vixerit ſe nunꝗ̄ amicū carpſiſſe imo defendiſſe. preterea nō ſuetum eſſe captare riſus hoīm. vñ inique fert ꝙ odioſus ſit reꝑhendendo ſine malicia animi ineptitudines hoīm: cū tñ multi in menſa oībꝰ inique detrahentes vrbani ⁊ chari habeant̃. ꝙ vero ex malignitate animi nō faciat. ꝓbat qꝛ non facit ſicut illi qui ſub ſpecie amicicie vt auctoritatē maiorē habeant amicis detrahūt. vñ multi dicūt ſe dolere aut admirari de facto turpi amicorꝝ ſuorꝝ ne ex malicia id facere putent̃: ⁊ vt vera dicere credant̃. Horatiꝰ aūt nō fuit diſſimulator ⁊ falſus detractor: qꝛ apte vitia notauit eorū qui notatu digni erāt. Quarto ſi quis dicat. Attamē cur ſatyrā ſcribis ſi malignꝰ nō es nec ledere gaudes. dicit ſe hoc a paterna inſtitutiōe didiciſſe. Pater eñ inq̄t cuꝫ vellet me docere vitia effugere docuit me exemplis perditorū hoīm. Ad cuiꝰ ſīitudinē ſatyrici vt vitia effugere doceant: vitioſos vt non imitandos notant. quō aūt edoctꝰ ſit a patre in ſequentibꝰ verſibꝰ patebit. Ordo ē. ego ſup. diſputaui hactenꝰ. i. huc uſqꝫ hec ⁊ querā aut inueſtigabo alias. i. alio tp̄e an comedia ſeu ſatyra ſit iuſtū poema. i. iuſte dicendū poeticū opꝰ. necne. i. an nō. Nūc querā illō ſup. audire. vel diſquirā ⁊ diſcutiā ne. ꝓ an hoc genꝰ ſcribēdi. hoc ē ſatyricū ſit tibi merito. i. iuſte ſuſpectū tanꝗ̄ malicioſum ⁊ iniquū. Fulciꝰ accuſator ille acer. i. vehemēs ambulat ⁊ caprꝰ aliꝰ accuſator ābulat: q̄ duo ſunt rauci male. i. multū accuſando ſcꝫ criminoſos. vterqꝫ aūt eſt magnꝰ timor latronibꝰ cū libellis ſuis accuſatorijs. At ꝓ ſꝫ ſi q̄s viuat bñ. i. laudabilit̃. ⁊ puris. i. innocentibꝰ ⁊ innocuis iuſtiſqꝫ manibꝰ cōtēnat. i. ipē poſſit ꝯtēnere vtrūqꝫ accuſatorē criminū. Poſito ergo vt tu ſis ſimilis in moribus ſcꝫ ⁊ in factis. celi pro celij: ⁊ birri pro birrij. latronū. i. qui latrocinantur conſumptis bonis ſuis. ego tñ non ſim ſilis ſupple capri. ꝓ caprij. ⁊ fulci ꝓ fulcij accuſatorꝝ. hoc eſt ꝗ̄uis tu ſis latro tñ ego non accuſabo te in iudicio. cur ergo metuas me: Nulla taberna. hoc eſt nullus locꝰ vbi libri vendunt̃. Nā taberna eſt pars domꝰ quā vulgo botbicā vocant vbi res venduntur. ⁊ officina vbi fiūt. Neqꝫ vlla pila. i. locꝰ vbi verſiculi diffamatorij affigi ſolent vt legantur. Eſt eñ pila colūna in publico ſtans ad quā ſicut etiā in pilis pontiū libri venales exponunt̃ ⁊ epigrāmata figunt̃. habeat meos libellos quos ſcribo. hoc ē in nullo publico loco inueniunt̃ ſatyre mee. q̄s. i. q̄bꝰ manꝰ vulgi. i. vilis ppl̄i. qꝫ ꝓ ⁊ hermogenis tygelli. pro tygellij. de q̄ ſupra dictū ē. inſudet. i. tractādo ſudorē emittat. Nec recito ſatyrā meā cuiqꝫ. i. cuicunqꝫ niſi amicis. qꝫ pro ⁊. ⁊ id ſupple facio coactus. Non tñ vbiuis. i. vbicūqꝫ locorꝝ. ve ꝓ vel corā quibuſlibet. i. in preſentia quorūcūqꝫ. ſed ſupple in ſecreto ⁊ corā diſcretis. Multi aūt ſunt qui recitent ſcripta ſua in medio foro. qꝫ pro ⁊ multi ſupple ſunt qui lauantes: id eſt dum in bal-

neis ſe lauant ſup.recitent:qꝛ locus concluſus ⁊ teſtudinatus ſicut eſt in balneis reſonat.i.vocē
repercutit:ſuaue.i.ſuauiter.hoc aūt iuuat.i.delectat inanes.i.ianis gloꝛie cupidos:non querē-
tes.i.qui non diſquirūt ⁊ inueſtigant:nū.i.anne faciant illud ſine ſenſu.i.incōſiderate ⁊ ſine ra-
tione vt homines ſenſum nō habentes:num.i.an ne faciant alieno id eſt impoꝛtuno tempoꝛe.
Sed tu (ait poeta) o aduerſarie.inquis.i.foꝛte dicis mihi:o hoꝛati tu gaudes ledere id eſt dūz
aliquē ledis ⁊ facis hoc exiſtens:prauus.i.maliuolus ſtudio.i.in exercitio tuo.Reſpōdet poe-
ta:vnde.i.a quo auctoꝛe vel delatoꝛe petitū.i.acquiſitū ⁊ adductum iacis.i.pꝛoijcis hoc maledi
ctum:conuitiū aut crimen in me.Denicꝫ quis eoꝝ cū quib⁹ vixi eſt auctoꝛ.i.aſſertoꝛ ꝙ talis ſim
qui gaudeā ledere?.q.d.ego certo ſcio ꝙ nullus hoc de me dicet:cū ſim longe alterius ſentētie
dico eīm ꝙ qui rodit.i.carpit amicū abſentē:⁊ qui nō defendit amicū abſentē alio culpante id ē
dum alius eū iniuſte culpat:⁊ qui captat.i.affectat habere riſus hominum ſolutos.i.diſſolutos
⁊ expertes rōnis ⁊ q captat.i.affectat habere famā dicacis.i.dicteria ⁊ irriſionem in alios ia
cientis ſicut multi gaudent vocari iocūdi irriſoꝛes.⁊ qui poteſt fingere.i.cōpoſite ⁊ veriſimilit̄
narrare nō viſa id eſt ea q non vidit:⁊ qui neq̄t tacere.i.ſilere cōmiſſa.i.credita fidei ſue:hic.i.
hmōi eſt niger.i.malus ⁊ venenoſus:o romane caueto.i.fugito hunc.i.hmōi ⁊ nō me:qꝛ talis
ſup.nō ſum.At oppoſitū fieri oñdit dicens.Tu videas.i.quilibet poſſit videre:quaternos.i.in
ſingulis quattuoꝛ hoc eſt duodecim ſup.cōuiuas cenare ſepe in trib⁹ lectis.i.in triclinio:e qui-
bus.i.quoꝝ vnus auet.i.auide cupit aſpergere.i.ꝓbꝛo afficere:quauis.i.quacūcꝫ ſup.rōne vel
via.Ubi nota puer:ꝙ qua per ſe plenū eſt:ſicut ⁊ aliqua:vt in bucolico:⁊ ſi nō aliqua nocuiſſes
moꝛtuus eſſes.Et ita dꝛ pꝛimo enei.Si qua fata ſināt vbi Serui⁹ dicit qua vacare.Sed alioꝝū
iudicio nō vacat:ſignificat eīm quacūcꝫ via:ſeu quocūcꝫ medio.vt hoc loco.auet aſpergere:qua
uis.i.quacūcꝫ rōne ſiue iuſta ſiue iniuſta cunctos p̄ter eū qui pꝛebet aquā.i.paſcit.i.pꝛeter regē
conuiuij:hoc eſt pꝛeter patrēfamilias qui pꝛebet aquā ⁊ mantilia:ceteri aūt ſinguli ſymboluꝫ.i.
poꝛtionē ſuam appoꝛtant.Plericꝫ autē cōmentarij intelligūt dominū cōuiuij omnia dare:vn
de dicit poꝛphyꝛio an cōmoda ſit ſynechdoche:aquā pꝛebere dicetur pꝛo paſcere.hec ille.Poſ-
ſumus aūt per hoc ꝙ aquam pꝛebet dominū conuiuij citra ſynechdochen intelligere:vt moꝛis
fuiſſe ⁊ hactenus eſſe dicamus:dominū conuiuij ſolere ex vꝛbanitate aquā pꝛebere cōuiuis ſu-
is qua lauent anteꝙ diſcūbant.Pꝛeter ergo eum qui pꝛebet aquā:ſine dubio eſt p̄ter dn̄m con
uiuij exiſtens:potus id eſt potu acceptus.i.ebꝛius:cum liber id eſt vinum verax.i.faciens ſepe
veritatē dici.aperit pꝛecoꝛdia.i.ſecretioꝛa ⁊ interioꝛa coꝛdis id eſt condita.i.pꝛius abſcondita.
Nam vt in arte poetica dicitur reges dicuntur multis vꝛgere culullis.Et toꝛquere mero quem
perſpexiſſe laboꝛant.an ſit amicitia dignus.Et vt vulgo dicit̄.Ebꝛius:incautus pueri dicent ti
bi verum.Aduertes aūt ꝙ liber eſt nomen bacchi qui deus vini dicitur.Eſt autem generalis
regula:ꝙ nōia deoꝝ ponūtur pꝛo rebus q̄bus p̄ſunt:vt apud Terentiū ſine cerere ⁊ baccho fri
get venus.i.ſine frumēto.i.copia cibi:⁊ ſine vino friget luxuria.Liber ergo id eſt vinuꝫ.Ma
luit autem hic dicere liber ꝙ bacchus:qꝛ ideo liber dicitur ꝙ homines libere loquentes faciat.
ſed ad poetam redeamus.hic.i.hmōi detractoꝛ videtur tibi:infeſto id eſt qui te dicis eſſe infe-
ſtum ⁊ ſuccenſum nigris.i.contra nigros ⁊ malos homines.Uidetur inquā comis id eſt face-
tus ⁊ vꝛbanus ⁊ liber:ego autem ſi id eſt quia riſi ꝙ ruffillus ineptus olet paſtillos id eſt nimi
os odoꝛes:⁊ goꝛgonius olet hircum id eſt nimiū fetoꝛem quem habet ſub alis eo ꝙ ſe non mun
dat.Non eīm vitium nature:ſed negligentie in goꝛgonio intelligas:ego videoꝛ tibi liuidus id
eſt vt inuidus liuoꝛe obſcurus ⁊ moꝛdax.i.detractoꝛ ⁊ coꝛroſoꝛ aſſiduus alterius fame.Tu autē
detractoꝛ:ſiqua id eſt ſi aliqua mentio id eſt memoꝛia:recitatio fuerit iniecta coꝛam te de fur-
tis petilli id eſt petillij capitolini id eſt qui eoꝙ coꝛonam iouis in capitolio furatus erat capi-
tolinus agnominabatur.Erat autem capitolium arx totius ciuitatis romane:vbi templum io-
uis erat:tu inquā defendas petillium nō vere nec amice:ſed ſicut tuus mos eſt.i.iuxta moꝛem
tuum fraudulenter vt videaris amicus eius ad finem:vt tibi melius credatur:⁊ dices:capito-
linus petillius videlꝫ vſus eſt me conuictoꝛe id eſt cum quo libenter vixit ⁊ amico a puero id ē
a cunabilis ab eo cum adhuc pueri eſſemus.Amicitia autem quo antiquioꝛ eo maioꝛ ⁊ charioꝛ
eſſe deberet:⁊ ipſe rogatus fecit permulta id eſt valde multa cauſa mea id eſt in vtilitate mea:
et letoꝛ ꝙ id eſt quia ipſe viuit incolumis id eſt ſanus ⁊ ſaluus in vꝛbe:hoc eſt in ciuitate roma-
na:ſed tamen admiroꝛ quo pacto fugerit illud iudicium qđ debebat de ipſo tanꝙ de ſacrilego
dari:vnde poeta.hic id eſt in hoc vltimo dicto eſt ſuccus id eſt virus niger.i.malitioſe loliginis
id eſt per allegoꝛiam obſcurationis fame eius ⁊ latentis detractionis:hec eſt mera id eſt pura

erugo. i. obſcuratio ⁊ cõſumptio fame petillij. ſicut enĩ erugo ferrũ exedit ⁊ obſcurat: ſic talis detractio famã amici. qd vitiũ (inqt poeta) ego ꝓmitto prius ꝙ plura de me dicã. i. in p̃mis. abfore. i. abfuturũ eſſe ⁊ remotũ iri ꝓcul a cartbis meis atq; aĩo meo. vt ſupple poſito ſi. i. q: poſſum ꝓmittere q̃d. i. aliq̃d vere de me. Si aũt dixero q̃d. i. aliq̃d: liberi⁹. i. magis libere ⁊ ſine diſſimulatiõe ꝙ opꝫ. ⁊ ſi dixero forte q̃d. i. aliq̃d iocoſi⁹. i. magis iocoſe ꝙ decet. tu dabis mihi hoc iurꝫ cũ venia tua. hoc eſt dabis mihi veniã ſi hoc q̃dã iure mihi vẽdico. Nã pr̃ me⁹ optim⁹ vir: inſueuit. i. iſtituit ⁊ aſſueſcere fecit. ⁊ ẽ meli⁹ ꝙ ſi legas inſeuit. inſueuit inquã. i. iſtituit a pueritia me hoc. i. hoc mõ. notãdo ſcꝫ queq;. vitioꝝ. i. q̃libet vitia: exẽplis. i. ꝑ exẽpla male viuẽtiũ vt fugerẽ ſupple ea. ſicut ⁊ ſatyrici notãt.

Cum me hortaretur: parce: frugaliter: atq;
Uiuerẽ vti contentus eo quod mi ipſe paraſſet
Nonne vides albi vt male viuat filius: vtq;
Barus inops magnum documentũ: ne patriã rẽ
Perdere quis velit. at turpi meretricis amore
Cum deterreret: ſectani diſſimilis ſis.
Ne ſequerer mechas: conceſſa cum venere vti
Poſſem: deprenſi non bella eſt fama treboni
Aiebat. ſapiens vitatu quidq; petitu
Sit melius cauſas reddet tibi: mi ſatis eſt: ſi
Traditum ab antiquis morem ſeruare: tuamq;
Dum cuſtodis eges vitam famamq; tueri
Incolumem poſſim. ſimul ac durauerit etas
Membra animũq; tuũ: nabis ſine cortice. ſic me
Formabat puerum dictis: ⁊ ſiue iubebat
Ut facerem quid: habes auctorẽ quo facias hoc
Unum ex iudicibus ſelectis obijciebat:
Siue vetabat: an hoc inhoneſtũ ⁊ inutile factu
Nec ne ſit addubites: flagret rumore malo cum
Hic atq; ille: auidos vicinũ funus vt egros
Exanimat: mortiſq; metu ſibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria ſepe
Abſterrent vitijs. ex hoc ego ſanus ab illis.
Perniciem quecũq; ferunt. mediocribus: ⁊ quis
Ignoſcas vitijs teneor. fortaſſis ⁊ iſtinc
Largiter abſtulerit longa etas: liber amicus:
Conſiliũ propriũ. neq; enim cũ lectulus: aut me

ACRO.

¶ Cũ me hortaretur. i. qñ monebat pater ad rectã vitã exemplis me docebat: ⁊ p̃ferebat hominũ ⁊ virtutes ⁊ vitia. Nonne vides albi vt male viuat filius. Mira vrbanitate dũ quaſi oſtẽdit quo ſe pater ſuis monitꝫ monere ſolitus eſſet: ĩterea multos percutit. Sapiens vitatu: q̃dq; petitu. A phõ inquit cognoſces poſtea quid iuſtũ aut iniuſtũ ſit. quid ve appetas vł vites. Quid aũt intelligendũ his. vt ſit quid vitatu quidve petitu: id eſt dicebat. phus te docere poterit melius que ſunt vitanda ſiue appetenda: ego aũt docui que ſunt in vſibus ꝯſtituta. Cuſtodis: pedagogi. Durauerit: firmauerit. Sine cortice. metaphora a natatorib⁹. nabis ſine cortice. ſine difficultate. Sic enĩ diſcunt natare qui neſciunt: adiunctis ad ventrẽ corticibus. prouerbialiť aũt poſuit. nabis ſine cortice. hoc ẽ ſine alieno adminiculo te reges. Unũ ex iudicibus ſelectis obijciebat. exemplo proferebat. hoc eſt vnũ de eq̃ſtri ordine demonſtrabat. quia ex equeſtri ordine iudices legebantur. Siue vetabat: an hoc inhoneſtũ ⁊ inutile factu. Nec ne ſit addubites: aiebat dubitas vtrũ hoc ſit bonum an malũ: cũ videas in hac re illũ neſcio queꝫ infamia laborare: Auidos vicinũ funus vt egros exanimat: ſtupefacit. Bene cõparauit infirmã etatẽ egris dicẽdo auidos ⁊ intẽperatos. Itẽ aliter. auidos ⁊ egros dupliciť poſſumus ĩtelligere. Nã de auaro vtrũq; recte dicitur ⁊ d̃ egrotante ⁊ languido. Si auarũ accipis: ſibi parcere ꝓſequiť. i. lar-

Porticus excepit: deſum mihi. rectius hoc eſt
Hoc faciens viuam melius: ſic dulcis amicis
Occurrā. hoc quidam non belle: nunquid ego illi
Imprudens olim faciam ſimile? hec ego mecum
Compreſſis agito labris. vbi quid datur oci
Illudo chartis. hoc eſt mediocribus illis
Ex vitijs vnum. cui ſi concedere nolis
Multa poetarum veniat manus: auxilioqꝫ
Sit mihi. nam multo plures ſumus: ac veluti te
Iudei: cogemus in hanc concedere turbam.

gus viuere admonetur. q: auarus eſt morti vicinus. Quemadmodū inquit egrotantes vicinū funus abſterreret a cibi auiditate: ita ſepe animos teneros a vitijs īfamia reuocat aliena. Ex hoc ego ſanus ab illis. Perniciem quecunqꝫ ferunt. i. alienꝰ ſū ab his rebus que perniciē afferunt facientibus. Fortaſſe habeo vitia ſꝫ talia vt qualibꝰ ignoſcas. Liber amicus. quia poteſt me libere increpare. Imprudēs valde prudens. aut cogito ne ꝑ imprudentiā aliquid tale cōmittā. Cōpreſſis agito libris. Sermones duo ſunt. epos ⁊ propho ricos. Epos eſt quo vtūtur cogitantes. ꝓphoricos vero cui lingua ſuppeditat. Auxilioqꝫ ſit mihi. Ad auxiliū veniet. ⁊ oſtendit ſe bene ſcribere. nā non oēs poete mali ſunt. Nā multo plures valde multi. aut multo plures ꝙ putas. aut plures ſunt ꝙ iudei: ⁊ poſſumꝰ cogere te conſentire nob. vt ſi iudices malū ſcribere eē vitiū. Ordo ē. Ac veluti iudei cogemꝰ te ī hāc turbā ꝯcedere.

ASCEN. ¶ Cū me hortaretur ⁊c. Poeta tria facit. primo oſtendit quibꝰ exēplis a patre inſtitutus ſit. Scdo ꝓfitet̄ ſe paterna inſtitutiōe a pernicioſis vitijs īmunē permanſiſſe: mediocribus tamen ne arrogans videret̄ ſi implicitū fatetur. Tertioꝰ pulcherrime oſtendit quo pacto ſe ſperat ab illis mediocribꝰ poſſe purgari. ⁊ ita ſimul docet quō ⁊ nos vitia cauere poſſimꝰ aut corrigere. Si quis aūt vitiū quo fortaſſe iocoſius ⁊ petulantiꝰ ꝙ equū ſit ſatyrā ſcribit: tale quis putet ꝙ ei veniā deneget: auctoritate plurimoꝝ poetarū illū in ſuā ſniam ire coget veluti iudei nōnullos romanos in ſuas cerimonias cōuenire cōpellabant: quos more ſuo per tranſitū notat. Cōceſſa cū venere vti poſſem. Cōceſſa. i. permiſſa a lege ciuili: non a lege dei quā horatiꝰ non agnoſcebat. Sapiens vitatu q̇dqꝫ petitu ſit meliꝰ. Pro latinitate aduertes puer. Supina poſteriora tūmodo cū nominibꝰ adiectiuis in paſſiua ſignificatione cōſtrui. vt hoc loco vitatu ⁊ petitu cōſtruūt̄ cū hoc noīe meliꝰ. Nec dices. Sapiēs reddet tibi meliꝰ cauſas ꝙ ego: quia pater nullas cauſas reddebat. Ordo aūt eſt. ſapiens reddet tibi cauſas quid ſit meliꝰ vitatu. i. vt vitetur. qꝫ pro ⁊ q̇d ſit melius petitu. i. petat̄ ⁊ fiat. Similiter ⁊ illud quod interrogatiue leges. an hoc inhoneſtū ⁊ inutile factu necne ſit addubites? Exanimat. i. ſine animo facit. hoc eſt perturbat. verſus aūt nō ſtaret nec ſnīa ſi examinat legatur. Itē cū dicit. Largiter abſtulerit ⁊c. ſcies aduerbia a poſitiuo ſecunde declinationis in e regulariter exire: vt docte pulchre. ⁊ a tertie declinationis in er. vt fortiter dulciter. ſed ſepe contra fieri cōperies vbi opportunū fuerit. Nam largiter. amplit̄. duriter. ⁊ dulce. ſuaue. rude. ⁊ ſimilia ſepe leges.. Ordo ē. Cū. i. qū pr̄ hortaret̄ me vti. i. vt viuerē parce. frugalit̄. i. pro modulo frugū mearū atqꝫ vti. i. vt viuerē ꝯtētꝰ eo ſupple p̄rimonio qd̄ ipſemet pat̄ paſſet. i. ꝑpaſſet ⁊ dereliq̇ſſet mi. i. mihi. aiebat o fili nōne vides vt. i. qualit̄ filiꝰ: albi. i. albij (de quo dictū eſt. ſtupet albiꝰ ere) viuat male. i. ꝓdige. ⁊ hoc ſepe fit vt auarū patrē ſequat̄ ꝓdigꝰ infans aut itidē auarꝰ. nā generatio maloꝝ vix mediū tenere qd̄ nō didicit pōt. qꝫ ꝓ ⁊ nōne vides vt. i. qualiter: barꝰ. i. ille ꝓdigꝰ adoleſcēs q̇ omē p̄rimoniū ſuū dilapidauit. nūc viuat inops. i. paup ſine terra ⁊ ſine auxilio. qd̄ ſupple ⁊ magnū documentū ne q̇s velit ꝑdere. i. ꝓdigere ⁊ ꝯſumere rē patriā. i. p̄rimoniū ſuū. Cū. i. qū deterreret. i. terrēdo dehortaret̄ a turpi amore meretricis: aiebat ſis diſſilis ſectani q̇ meretricē ꝑdite amabat. ⁊ ne. i. vt non ſeq̄rer mechas. i. adulteras: cū. i. qū poſſem vti venere cōceſſa. i. voluptate meretricū a lege ꝑmiſſa. aiebat. o fili: fama treboni. i. trebonij: deꝑnſi. i. deꝑhēſi ī adulterio. nō ē bella īmo turpis. vbi habet̄ ſnīa acronis ⁊ donati ꝙ licitū ē vti meretrice: ſꝫ nō licꝫ eā amare. vtrūqꝫ aūt illicitū eē lex docet xp̄iana. Aiebat ēt pr̄. o fili ſapiēs. i. phus moral' reddet tibi cās q̇d ſit meliꝰ vitatu. i. vt vitet̄. qꝫ ꝓ ⁊ q̇d ſit meliꝰ petitu. i. vt appetat̄. Sūt aūt due dictōes q̇d qꝫ. vñ nō ſcribes q̇cqꝫ. ſatꝫ ē. i. ſufficit mi. i. mihi p̄ri tuo hoī illitterato ſi poſſim ſeruare ī docēdo te morē. i. ꝯſuetudinē ſiue īſtitutū traditū ab ātiq̇s. i. a maioribꝰ nr̄iſq̇ filios ſuos exēplis docebāt ⁊ maioꝝ imaginibꝰ. ⁊ ſi poſſim tueri. i. ꝯſer

uare vitā ⁊ famā tuā incolumē .i. illeſā a vitijs. dū .i. ꝙdiu eges .i. īdiges. cuſtodis .i. pedagogi q̄
te cuſtodiat. Tu nabis āt ſine cortice .i. viues ſine alteriꝰ admiclo ſeu gubernaclo ſił'ac .i. cū pmū
⁊ īmediate poſtꝙ etas ſup. maior. durauerit .i. ꝯſolidauerit ⁊ firmauerit membra ſup. tua. ꝗ ꝑ ⁊
aīmū tuū. Sic inqt poeta pr̄ meꝰ formabat .i. īformabat me puerū .i. cū adhuc puer eſſē. dictꝫ .i. mo
nitꝫ: ⁊ ſiue pr̄ meꝰ iubebat vt facerē qd .i. aliqd ſup. boni. dicebat ſup. tu hēs auctorē q̄ auctore fa
cias h̄ qd moneo. ⁊ h̄ dicēs obijciebat .i. ꝓ obiector exēplo dabat vnū ex iudicibꝰ ſelectꝫ .i. ſeorſū
ex eqſtri ordīe lectꝫ. ⁊ ſiue vetabat ſup. aliqd. aiebat ſup. an .i. nūqd addubites .i. debeas dubitar̄
an h̄ ſit īhoneſtū factu .i. vt fiat vł dū fit ⁊ an ſit iutile factu .i. vt fiat: necne .i. an nō. cū h atq; ille
.i. vnꝰ ⁊ alr̄ flagret .i. ardeat ⁊ freqns ſit malo rumore .i. ī īfamia ⁊ opprobrio: q. d. nō debes dubi
tare: ſꝫ certo ſcire ꝙ h̄ ſit īhoneſtū ⁊ iutile, ꝓpt̄ qd pł'es īcurrerūt īfamiā. Addit poeta. vt .i. quē
admodū funꝰ vicinū .i. mors vicini: exaīat .i. ſine aīo facit ⁊ terret egros .i. egrotātes: auidos .i.
cupidos vite. ꝗ ꝑ ⁊ cogit ꝑcere ſibi. ſuādo dietā ⁊ acqeſcēdo ꝯſilio medicoꝝ ⁊ nō faciēdo q̄ ſibi
mortē īferre poſſent. Sic opprobria .i. infamia ⁊ diffamatio aliena abſterrēt ſepe teneros .i. ībe
cilles ⁊ iuueniles aīos a vitijs. vł ſic ſm Acronē. vt funꝰ vicinū exaīat auidos .i. auaros egros
.i. egrotātes ⁊ cogit pcē ſibi .i. largiꝰ viuē ⁊ geniū ſuū nō defraudare. ſic opprobria ⁊c. Ego inqt
poeta ſup. ſū ex h̄ .i. ex hac īſtitutōe pr̄na. ſanꝰ .i. mūdꝰ ⁊ imunis ab illis ſup. vitijs q̄cūq; ferūt .i.
afferūt ꝑniciē .i. nociuā ⁊ ſi nr̄o more dicā mortalē culpā. ego aūt teneor mediocribꝰ vitijs. ⁊ ta
libꝰ ſup. q̄s .i. q̄bꝰ ignoſcas .i. q̄libꝫ tenet̄ facile ignoſcē ⁊ veniā dare. vñ ⁊ venialia a nr̄is dicunt̄.
Et fortaſſis lōga etas abſtulerit .i. dēpſerit iſtic .i. ab iſtꝫ mediocribꝰ vitijs largit̄ .i. abūde. ⁊ ami
cꝰ liber .i. corrector amicꝰ audact̄ corripiēs. ⁊ ꝓpriū ꝯſiliū. Neq; ꝑ ⁊ nō: etenī cū lectulꝰ in q̄ cubo
aut porticꝰ in q̄ ocioſus deābulo excepit me .i. cū ſim aut ī lecto ſolꝰ aut in porticu. nō deſum mi
hi .i. ſaluti ⁊ correctiōi vite mee. Nā agito .i. diſputo mecū ꝯpſſis labris .i. tacite dicēs. h̄ .i. hmōi
factū ē rectiꝰ. ⁊ ego faciēs h̄ .i. talē rē viuā meliꝰ. ⁊ ego occurrā ſic .i. talit̄ faciēdo. dulcꝫ .i. ſuauis
⁊ iocūdꝰ amicꝫ meis. Quidā .ſ. mihi notꝰ fecit ſup. hoc nō belle .i. nō pulchre ſꝫ turpit̄. nūqd ego ī
prudēs faciā olim .i. aliqñ poſthac ſup. faciīꝰ ſił'e illi turpi facto. q. d. nō hec inquā agito mecū cō
pſſis labris. ⁊ illudo .i. ſine labore natura ſic dāte facilr̄ ⁊ ſine curioſitate q̄ſi ludēdo īſcribo: hec
.i. hmōi exēpla vitioſa vt ea fugiā. chartꝫ .i. libellis. vbi .i. q̄tiēs: qd .i. aliqd oci. ocij: dat̄ .i. ꝯcedit̄
mihi. Et hoc ſcꝫ ꝙ vitia alioꝝ ſcribo ſicut priꝰ dictū ē iocoſiꝰ ē vnū ex illis mediocribꝰ vitijs q̄ di
xi me hr̄e. cui ſcꝫ vni vitio ſi nolis ꝯcedere .i. veniā dare. multa manꝰ .i. āpla copia poetarū veni
at ⁊ ſit mihi auxilio .i. ad auxiliū (Nā ſumꝰ multo pł'es ꝙ fortaſſe putes) ac ꝑ ⁊ nos cogemꝰ te cō
cedere .i. ꝯuenire ī hāc turbā .i. ī ſniam ⁊ opiōnē multoꝝ poetarū q̄ ſatyrā ſcribēdā cēſerūt. velu
ti .i. quemadmodum iudei ſup
ple. cogunt multos ad ceremo
nias ſuas.

## Satyra quinta.

Greſſuz magna me excepit aritia roma
e Hoſpitio modico rhetor comes heliodo(rꝰ
Grecoꝝ ligue doctiſſimꝰ īde foꝝ appi
Differtum nautis: cauponibus atq; malignis
Hoc iter ignaui diuiſimus: altius ac nos
Procinctis vnū: minus eſt grauis appia tardis:
Hic ego propter aquam ꝙ erat deterrima: vētri
Indico bellum: cenantis haud animo equo
Expectans comites: iam nox inducere terris
Umbras: ⁊ celo diffundere ſigna parabat:
Tum pueri nautis: pueris conuitia naute
Ingerere: huc appelle: trecentos inſeris: ohe

Greſſuz ⁊c. Ceſar te ACRO.
e nebat terrā citra ma
re: ātoniꝰ vero vltra.
Horatiꝰ miſſus fuit cū heliodo
ro a ꝑte ceſaris. ⁊ ipſe deſcribit
loca ꝑ q̄ trāſit. Aritia. ciuitas q̄
abeſt ab vrbe decē milia paſſuū.
Egreſſū roma. ⁊ egreſſꝰ roma ⁊
egreſſus romā dicimꝰ. Differtū
nautꝫ. plenū. ſ. his q̄ ī pōtinis pa
ludibꝰ nauigabāt. atq; malignis
deeſt hoībꝰ. Hoc it̄ ignaui diui
ſimꝰ .i. ab vrbe vſq; ad forūz apij
biduo venimus cum argutiores
vno die ſoleāt venire. Grauis ē
minꝰ appia tardis. Appia via ē
non moleſta tardioribus. quia
hitaculis frequētat̄ vbi poſſunt
manere quocunq; peruenerint.
Hic. apud apij forum. Indico

Jam ſatis eſt.dū es exigitur.dum mula ligatur
Tota abit hoꝛa.mali culices:ranecꝫ paluſtres
Auertunt ſomnos.abſentē cantat amicam
Multa pꝛolutus vappa nauta:atqꝫ viatoꝛ
Certatim.tandē feſſus doꝛmire viatoꝛ
Incipit:ac miſſe paſtū retinacula mule
Nauta piger ſaxo religat:ſtertitqꝫ ſupinus.
Jamqꝫ dies aderat:nil cum pꝛocedere lintrem
Sentimus:donec cerebꝛoſus pꝛoſilit vnus
Ac mule nauteqꝫ caput lumboſqꝫ ſaligno
Fuſte dolat:quarta vix demū exponimur hoꝛa.
Oꝛa manuſqꝫ tua lauimus feronia limpha.
Milia tum pranſi tria repſimus:atqꝫ ſubimus
Impoſitū ſaxis late candentibus anxur.
Huc venturus erat mecenas optimus atqꝫ
Cocceius:miſſi magnis de rebus vterqꝫ
Legati aduerſos ſoliti cōponere amicos.
Hic oculis ego nigra meis collíria lippus
Illinere:interea mecenas aduenit atqꝫ
Cocceius:capitoqꝫ ſimul fonteius:ad vnguē
Factus homo:antoni nō vt magis alter amicus

bellum:nō illi do alimenta.fame ieiunaui:qꝛ aqua mala erat.Jaꝫ nox inducere terris vmbꝛas:aſp gere vmbꝛis terrā.Tota abit ho ra.maioꝛ pars noctis abſumpta eſt.Multa.pꝛolutus:plen⁹.Vir gilius.ille impiger hauſit Spu mantē pateram ac pleno ſe pꝛo- luit auro.Ac miſſe paſtuꝫ.Oꝛdo ac miſſe paſtū mule:retinacula nauta ſaxo religat.Cerebꝛoſus: iracundus.Oꝛa manuſqꝫ.oñdit vbi eſſent expoſiti:fanū feronie eſt in tertio miliario a terracina hec eſt iouis anxuris vxoꝛ.cuius ꝛ Virgi.meminit.viridi gaudēſ feronia luco.Anxur auteꝫ iuppi ter terracine colitur.Repſim⁹ pꝛoceſſimus.Atqꝫ ſubim⁹ ipo.ſ. Terracinā dicit.i.ad anxur veni mus ciuitatē que poſita eſt ſupꝛa monteꝫ candentē:ac declinatur neutro genere.anxur aūt dictuꝫ qꝛ ibi imberbis iuppiter colitur Miſſi magnis de rebus vterqꝫ de reconciliatione miſſi erant le gati ab Auguſto ad antoniū qui poſtea bellū ciuile geſſerunt.iaꝫ tunc eñi diſſentire ceperāt.Me cenas optimus atqꝫ cocceius ad- uerſos ſoli componere amicos: qm̄ inter auguſtū ꝛ antoniū reli quie erant diſſenſiōis.Cocceius nerua pꝛoau⁹ nerue qui poſtea impauit rome mādauit auguſto vt mitteret qui de ſumma reruꝫ tractarent:ergo miſſus eſt Mecenas cū agrippa qui vtrūqꝫ exercitū intra caſtra cogeret.hoc Liuius in libꝛo.cxxvij.Intelligendū aūt ꝙ fonteio miſſo ab antonio:auguſt⁹ mecenatē ꝛ cete- ros ad eundē locum miſerit.Fonteius ad vnguē factus hō.Ad vnguē facti homīes dicunt qui ſunt vꝛbani:qui ſunt eloquētes:qui ſunt dicaces:qui nō habent vitiū.Tranſlatio a marmoꝛib⁹ quoꝛum iūcture vnguibus exploꝛātur.Perſius.Ac per leue ſeueros Effundat iūctura vngues Virgi.in vnguē marmoꝛibus poſitis ſecto via limite quadret.Antoni nō vt magis alter ami- cus.i.vt nō inueniretur qui magis eſſet amicus antonij.

ASLEN.

¶ Argumemtum quinte ſatyꝛe per Aſcenſium.

Bꝛundiſium ducit diuerſos quinta notantem.

¶ Oꝛdo eſt.Quinta ſup.ſatyꝛa ducit ſcꝫ poetam notanteꝫ.i.repꝛehendentē diuerſos.i.diuer ſoꝛum vitia:Bꝛundiſium id eſt in eā ciuitatem ad quā miſſus erat.

e Greſſum magna me excepit aritia roma.Luciliū(inquit poꝛphyꝛio)hac ſatyꝛa emula tur Hoꝛa.iter ſuū a roma vſqꝫ bꝛundiſiū deſcribens.qđ ꝛ ille in tertio libꝛo fecit pꝛīo a roma capuā vſqꝫ ꝛ inde ad fretum ſicilienſe.hec poꝛphyꝛi.Deſcribit ergo in hac ſatyꝛa poeta iter qđ cum heliodoꝛo rhetoꝛe bꝛundiſiū habuit.Jn qua deſcriptione nō īmemoꝛ ſatyꝛi- ci ſtili multas hominū ineptias ſuaſqꝫ ſubinde vꝛbaniſſime notat vt in explanatiōe patebit.Oꝛ do itaqꝫ eſt.Aritia ciuitas illa diſtans ab vꝛbe decem millia paſſuum.excepit modico hoſpitio me egreſſum magna roma.antitheton:magna ꝛ modico:Heliodoꝛus rhetoꝛ doctiſſim⁹ lingue

grecorum:erat comes.i.ſimul miſſus ⁊ mecū iter faciens:inde.i.deinde forum appi id eſt appij
differtum id eſt in diuerſis partibus plenū nautis atqꝫ cauponibus malignis excepit ſup. me.
Aduerte aūt ꝙ acro diſtinxit: vt tribus generibus hominū forum illud plenum intelligat: nau
tis:cauponibus:atqꝫ malignis ſup.hominibus. Veruntū:qꝛ in prima ſatyra caupones. i. vini
venditores malignos ſignificauit dicens. Perfidus hic caupo:poteſt malignis epitheton eſſe
de cauponibus. Nos ignaui id eſt nō operoſi ⁊ diligentes ad laborem ⁊ iter faciendū:diuiſim⁹
id eſt duobus diebus fecimus hoc iter a roma:ſcilicet vſqꝫ ad forum appij.qđ eſt vnum.i.vnius
diei iter:precinctis id eſt expeditꝭ ⁊ inſtructis ad iter.altius:ac id eſt ꝙ nos.via appia eſt min⁹
grauis id eſt moleſta tardis:qꝛ multa habitacula ſeu diuerſoria continet in quibus refici ⁊ re⸗
quieſcere poſſunt. Ego indico.i. proclamo ventri meo bellum id eſt ieiuniū:⁊ abſtinentiaꝫ ei fa
melico denuncio:hic id eſt in foro appij:ꝙ id eſt ideo ꝙ aqua erat deterrima id eſt peſſima ⁊ in
ſipidiſſima:expectans:haud id eſt non equo.i.patienti:ſed iniquo ⁊ impatienti animo comites
meos cenantis id eſt qui cenabant ꝗuis aqua erat mala. Eſt autem accuſatiui caſus cenantis
Nox parabat.i.cepit iam id eſt paulo poſt inducere terris id eſt in terras ſpargere vmbras et
diffundere.i.diffuſe oſtendere celo id eſt in celo:vel per celum ſigna celeſtia que ſunt in zodia⸗
co. Pueri id eſt miniſtri ad occupanda loca a dominis ſuis miſſi ſupple:parabant ingerere nau
tis conuitia:⁊ naute pueris:dicebant autem pueri ad directorem nauis:appelle ſupple nauem:
huc id eſt ad nos:inſeris.i.nunquid immittis in tam paruam nauim trecentos ſup. homines?
Ohe.qđ faſtidientis eſt vox iam ſatis eſt ſup.hominū in naui:interea autem dum es.i.naulum
precium portorium:exigitur per nautas ab intrantibus.dum mula ligatur ad trahendum naui
culaꝫ tota hora.i.magna pars noctis abit: culices id eſt minute muſce que in italia plurime cir
ca paludes ſunt.mali.i.nociue ⁊ infeſte:qꝫ pro rane paluſtres:auertunt.i.a nobis vertunt ⁊ amo
uent ſomnos. Nauta prolutus id eſt porro lautus.i.ampliter irrigatus:multa vappa id eſt vili
⁊ euaporato vino qđ plurimū potauerat:cantat amicam abſentem id eſt canticū amatorium de
amica abſente:atqꝫ pro ⁊ viator id eſt is qui mulam direxit:certatim.i.per certamina cantat vi
ciſſim de amica ſua. Sed viator feſſus cepit tandem dormire:⁊ mule miſſe ſupple ſunt paſtū id
eſt ad paſcua:⁊ nauta piger:religat id eſt iterum ligat (licet alibi diſſoluere ſignificat) retina⸗
cula id eſt funes quibus naues trahuntur ac retinentur ne per fluctum retrocedere cogantur
religat inquā ſaxo id eſt ad ſaxum:⁊ ipſe ſupinus.i.iacens facie ad celum verſa ſtertit:vt naute
ſolent dum profunde dormiunt. Et iam dies aderat cum ſentimus lintrem.i.nauiculam nil pro
cedere:donec vnus cerebroſus id eſt peruerſi cerebri ⁊ mali capitis vt quidam dicunt modici
cerebri. Nā voluīt cerebroſum inuidioſum ⁊ pannoſum per contrarium ſignificare:cum tamen
a ſignificatione ſua non diſcedant. Nam cerebroſus eſt non vnius:ſed varij cerebri.⁊ per hoc fu
rioſus.inuidioſus eſt in quē multum inuidie inferimus:licet ipſe non inuideat.pannoſus ē ple
nus pannis id eſt diuerſis ꝑticulis aſſutis. Nam pannus pro fruſto accipitur vt in de arte poe⸗
tica.vnus ⁊ alter aſſuitur pannus. Eſt ergo pannoſa res varijs fruſtis ꝑticuliſqꝫ conſuta.donec
inquā vnus cerebroſus.i.iracūdus ⁊ furioſus proſilit id eſt porro e naui ſalit:ac dolat:verbe⸗
rat ⁊ concauat ſaligno fuſte.i. ramo rapto de ſalice q̄ aquas amat:lumbos mule ⁊ caput naute.
Nos exponimur e naui ad terram tandē vix quarta hora poſt ortum ſolis.cum tamen cum ſole
vel ante ſolem deberent exponi:⁊ exponebantur ad templū feronie in tertio miliario a tarraci
na:vnde dicit.⁊ o feronia dea cōiunctionis:anxuris.i.imberbis:nos lauimus.i.lauamus:ora.i.
faciē:qꝫ pro et manus noſtras:tua lympha.i.aqua iuxta templū tuū fluēte. Scies puer lauo et
prime ⁊ ſcđe cōiugatiōis eſſe:vñ hic ponitur in tertia cōiugatōe lauim⁹. Nā p̄ntis eſt tꝑis: in p̄
terito eñ eo ꝙ eſt biſſyllabū prima produceꝫ. Tum.i.deinde nos pranſi:repſim⁹.i.lente ꝓceſſi
mus tria milia:atqꝫ ſubim⁹ anxur oppidū impoſitū ſaxis candētibus.i.reſplendētib⁹ late. Me
cenas optimus ſup. vir vel amicus erat vēturus:huc.i.ad hoc oppidū:videlꝫ anxur:atqꝫ cocei⁹
erat venturus huc:qui duo erat miſſi ab auguſto ceſare. Vterqꝫ de magnis rebus: qꝛ de pace
conciliāda:exiſtentes legati ſoliti.i.cōſueti cōponere aduerſos id eſt inimicos:amicos.i.com⸗
ponendo facere de aduerſis ⁊ inimicis amicos. Ego lippus id laborans oculis fluentibus:illi⸗
nere id eſt illinebā vel cepi illinere (⁊ eſt tertie ꝯiugationis hic nō q̄rte) oculis meis nigra col
liria id eſt medicamenta que vulgo emplaſtra vocanꝫ:interea mecenas aduenit atqꝫ coceius qꝫ
pro ⁊ fonteius capito ſimul qui tamen ab antonio miſſus erat:exiſtens homo factus ad vngueꝫ
id eſt politus ⁊ ꝑfectus in nulla re notand⁹:in tm̄ vt alter nō ſit magis amic⁹ antoni ꝓ antonij
qui imperium tranſmarinū tenuit. Lauo

Fundos aufidio luſco pretore libenter
Linquimus: inſani ridentes premia ſcribe
Pretextã et latũclauũ pruneqꝫ batillum.
In mamurrarum laſſi deinde vrbe manemus
Murena prebente domũ: capitone culinã.
Poſtera lux oritur multo gratiſſima: nãqꝫ
Plocius et varius ſinueſſe virgiliuſqꝫ
Occurrunt anime: quales neqꝫ candidiores
Terra tulit: neqꝫ quis me ſit deuinctior alter
O qui complexus et gaudia quãta fuerunt:
Nil ego contulerĩ iocundo ſanus amico.
Proxima campano ponti que villula tectũ
Prebuit: et parochi que debent: ligna ſalẽqꝫ.
Hinc muli capue clitellas tempore ponũt.
Luſum it mecenas: dormitũ ego virgiliuſqꝫ:
Nanqꝫ pila lippis inimicum et ludere crudis

Acro ¶ Fundos aufidio luſco pretore. Pretorem p magiſtro dixit hoc eſt duũuiro. Fundi nomen oppidi qd̃ ĩ plurali dixit tm̃. Premia ſcribe: qꝛ de curia ꝛ familia ſcribarũ fuerat: ꝛ hoc pro p̃mio fuerat conſecutus vt magiſtratus eſſet. Pretextam. purpuram que in pectore extenditur ſenatorũ. In mamurrarũ laſſi. Mamurrarũ ꝛ lamiarũ familia fuit q̃ a formijs originem duxit. Murena prebente domũ. hoſpitium id eſt mãſimus apud murene vicum. Nam cenauimus apud capitonem. Capitone culinã. Culina Culina dicta eſt coquina: qꝛ ibidẽ dij penates colantur. Aliter culina id eſt coquina ab eo ꝙ culiat carbones. Cãdidiores pulchriores benigniores. Et parachi que debent ligna ſalẽqꝫ: parochi genus officij qui ſolent peregrinis ſalem ꝛ ligna prebere: ꝛ ſignificat publicũ curſum. Clitellas: ſarcinas ſiue ſellas: alij inſtrumẽta q̃bus aĩalia ſternũtur: alij ligna q̃bus onera imponũtur. Et notãdum: tẽpore pro tempori. Crudis: ad virgiliũ retulit: qui difficile digerebat. dicebatur eniꝫ ſtomachum dolere virgilius.

ASCEN. ¶ Fundos aufidio luſco pretore. Continuat deſcriptionẽ itineris ſui artificioſe. Nam dicendo linquimus ſignificat ſe tranſiſſe fundos: vnde ſtrabo. Sinu caietano contiguũ eſt cecubum Cui adiacet vrbs fundi in via appia. Tota hec ora precipua vina gerit. Hinc cecubum: fundanũ ſetinũ: falernũ ꝛ albanum. Notat autem hoc loco inſolentiã ignobilis pretoris: qui cum de ſcriba ſenator factus eſſet inſignia ſenatoria inſolenter oſtentabat fundis vbi nõ congruebat. Scies aũt ſcribarũ officium infimo hoĩm generi rome cõmiſſum: cuꝫ apud grecos ꝛ etiam ethruſcos nobiliſſimo cuiqꝫ mandetur. Nam porſene ſcriba ob id a ſceuola occiſus eſt ꝙ regali põpa ſplendidum regem eſſe credebat. Eſt aũt is ſcriba quẽ cancellariũ dicunt: licet largius accipi ſoleat ꝛ pro legiſperitis ꝛ pro ſcriptorib⁹. Pretexta aũt regum ethruſcorũ veſtis ad romanos magiſtratus tranſlata eſt: ꝛ eſt purpurea precipue pectus ambiens. Latuſclauus aũt inſigne ſenatorum eſt. Batilluꝫ aũt vaſculũ dicit in q̃ carbones incenſi eſſent q̃bus ferrũ ad inurendas notas reis candebat. Parochi a prebendo dicti: vñ ꝛ parochie q̃ victum prebent curato. Salẽ autem pro condimento etiã maſculino genere dices puer: ſicut ꝛ docti omnes: lꝫ affranius antiquiſſimus ſal merũ dixerit. Lippis ꝛ crudis. i. horatio ꝛ virgilio. Nam ferunt mecenatẽ cuꝫ inter horatiũ ꝛ virgilium chariſſimos poetas cogitabũdus ꝛ triſtior ſederet: ab altero eoꝝ interrogatum. Vbi nam eſſet: vrbane reſpondiſſe. Inter lachrymas ꝛ ſuſpiria. Lippi enĩ oculi q̃les horatius habuit lachrymas: ꝛ crudus ſtomachus vt virgilij ſuſpiria emittit. Ordo eſt. Nos linquimus. i. pertranſimus facto prandio: libenter fundos id eſt ciuitatem fundanam: ꝛ hoc aufidio luſco pretore id eſt. qꝛ aufidius luſcus ibi pretor fuit ꝛ non potuimus ferre ineptitudinẽ ei⁹ nos libenter linquimus fundos: ridentes premia id eſt inſignia pretoriatus: ſcribe. i. que ſuſcepit ex officio ſcribatus: videlicet: pretextam. i. veſtem regalem nobilib⁹ pueris ꝛ poſt etiã ſenatoribus ad ornatũ pectoris conceſſam: ꝛ latũ clauũ: veſtem ſenatoriã quã lata faſcia ambiebat ꝛ batillum. i. vaſculũ prune id eſt carbonũ: quibus nota infamie candente ferro inurebatur reis. Deinde nos laſſi. i. feſſi: manemus in vrbe mamurrarũ. i. illoꝝ nobiliuꝫ q̃ ex formijs oriũdi erãt

Hoc eſt igitur formijs manemus illa nocte: murena prebente domũ.i.lectum ⁊ hoſpitiũ ⁊ capitone: culinam.i.co quinã hoc eſt victũ. Poſtera lux id eſt ſequẽs dies oritur multo gratiſſima. nãq; plocius ⁊ vari⁹ poeta (nã varus belliger fuit) ⁊ Virgi. doctiſſim⁹ poetarũ occurrunt nobis ſinueſſe.i.apud ſinueſſam: exñtes aie quales neq; candidiores.i.pulchriores et ab inuidia puriores: terra tulit.i.produxit vel portauit: neq; quis.i.q̄b⁹ alter ſit deuinctior.i.obligatior me id eſt ꝙ ego. Eſt aũt honeſta locutio. Sum tibi deuinct⁹.i.amicicie vinculo obligat⁹. O qui.i.q̄les ꝙ iocũdi cõplexus ⁊ quãta gaudia fuerũt nobis: ego ſan⁹.i.ꝙdiu habeã ſanã mentẽ: nil pro nõ ⁊ aliq̄d.non contulerim.i.velim ꝯferre ſeu cõpare aliq̄d iocundo amico.q.d.nihil mihi charius aut iocũdius eſſe põt ꝙ amic⁹: villula.i.parua villa q̄ eſt ꝓxima cãpano ponti: ꝓbuit nobis tectum.i.hoſpitiũ: ⁊ parochi.i.prebitores qui ad hoc in vijs publicis conſtituti erant vt miſſis a ſenatu ligna ⁊ ſalẽ darent. Nã cetera ipſi ſecum ferebãt: parochi ğ ſup.ꝓbuerant ea que debẽt prebere videlʒ ligna ⁊ ſalẽ. Hinc.i.ab hoc loco digreſſi muli qui ſarcinulas portabãt ponũt.i.deponunt tpe: ꝓ tempori.i.tempeſtiue ⁊ vt dicunt de bona hora clitellas.i.ſellas rudes ſuꝑ quas ſarcinas portãt: quas deponũt vbi hoſpitandum eſt. Aduerte aũt puer. Noĩa tertie declinationis pro aduerbijs in tẽpore aut in loco poſita in i latine ꝓferri nõ in e niſi poetice. de loco autẽ in e. De aduerbijs in tempore: exẽpla ſunt. Luci. veſperi: tempori. De aduerbijs in loco: carthagini: auinioni ⁊c. In qua re imperiti plurimi fallũtur: dicẽtes: natus eſt carthagine ꝓ carthagini. Recte aũt dr̄ veni in tpe: q: nomen eſt: ſed ſine ꝑpoſitione dixeris: veni tempori. Si auctoritatem queris: habes hic acronẽ ⁊ Seruiũ ſuper quartũ enei. in verbis aulide ⁊ carthagine. muli ergo deponũt onera ⁊ ſellas ſuas tempore.i.cum adhuc multũ temporis diei ſupereſſet: vnde mecenas it.i.vadit luſum pila: ⁊ ego ⁊ Virgi. imus ſup. dormitũ. Nam ludere pila eſt inimicũ.i.moleſtum ⁊ nociuũ lippis vt mihi inq̄t Hora. ⁊ crudis vt Virgilio. Scies etiã multas locutiões q̄bus vulgares vtũtur apud latinos nõ eſſe: vt pilare: globare: aleare ⁊c. Nã latini dicunt ludere pila: globo: diſco: alea ⁊c. Nõ magnopere aũt curo ſiue Virg. ſiue vergilius ſcribatur. Nam vetuſtatis indagatores Vergilius ſcribendum cenſent.

Hinc nos coceij recipit pleniſſima villa
Que ſupereſt caudi cauponas. nũc mihi paucis
Sarmenti ſcurre pugnã meſſiq; cicirrhi
Muſa velim mẽores: et quo patre natus vterq;
Contulerit lites. meſſi clarum genus oſci
Sarmenti domina extat ab his maioribus orti
Ad pugnã venere: prior ſarmentus. equi te
Eſſe feri ſimilẽ dico. ridemus: et ipſe
Meſſius accipio: caput et mouet. o tua cornu
Ni foret execto frons: inquit: quid faceres cum
Sic mutilus miniteris. at illi foeda cicatrix
Setoſam leui frontẽ turpauerat oris
Campanũ in morbũ in faciẽ ꝑmulta iocatus:
Paſtorem ſaltaret vti cyclopa rogabat.
Nil illi larua aut tragicis opus eſſe cothurnis.
Multa cicirrhus ad hec: donaſſet iã ne cathenas
Ex voto laribus querebat: ſcriba ꝙ eſſet

¶ Hinc nos coceij recipit pleniſſima villa. Coceij nerue vt ſuperius diximus copioſe. Caudi cauponas. Caudiũ ẽ ciuitas ſannij. Lucanus. Vltra caudinas ſuperauit vulnera furcas. Nõ longe aũt abeſt a beneuẽto. Muſa velim memores. Quidã reꝑhendunt horatiũ ꝙ de rixa dicturus petijt auxiliũ muſe: ſed faciũt id ſtulte. Nam hora. oratorie hoc fecit. Quãdo aũt de leui re dicturi ſumus attentũ debemus facere auditorẽ ꝓpter leuitatẽ rei: vel q: deſcriptur⁹ naturã ſuã nõ debuit ꝑtermittere: q̄d ꝙ iucũde laſcium videbat̃ ſine ludo notare. Oſci.i.cãpani: q: oſcia cãpania dicta eſt: aut ironicos cuiuſdam oſci ignobil̃: vñ oſci ge. figurate dixit. Sicut. creſſa gen⁹ pholoe: ⁊ eſt figurata locutio: meſſi gen⁹ oſci. Ne forte deeſt ſit. Cãpanuʒ in morbũ aut oris feditatem aut arrogantiã. Dicũtur enĩ cãpani fedi eſſe arrogantes: ſic feda accipiamus. Aliter cãpani q̄ ⁊ oſci dicebant̃ ore immundi: vñ etiã obſcenos dicũn⁹: aut io dixit cãpa Acro

Deterius nihilo domine ius eſſe. rogabat
Deniqꝫ cur vnq̄ fugiſſet: cui ſatis vna
Farris libra foret gracili ſic tamqꝫ puſillo.
Prorſus iucunde cenam produximus illam.
Tendimꝰ hinc recta beneuētū: vbi ſedulꝰ hoſpes
Pene macros arſit: dū turdos verſat in igni.
Nam vaga per veterem dilapſo flamma culinā
Uulcano ſummum properabat lambere tectum
Conuiuas auidos cenam ſeruoſqꝫ timentes
Tum rapere atqꝫ oīs reſtringere velle videres.

nū in morbū. quia campani morbū dicacitatis patiuntur. Donaſſet iāne cathenā Ex voto laribꝰ. Solebant pueri poſtq̄ pueritiā excedebant dijs penatibus bullas ſuas couſecrare. ſimiliter puelle pupas. Modo ergo ridens interrogabat ſi conſecraſſet cathenaꝫ qua fuerat ligatus quaſi ſeruus Bullas ſonatores nobiles gerebant. ſic ⁊ hic quia ſeruus: cathenaꝫ. Scriba ꝙ eſſet. Non inquit quia factus es ſcriba amiſiſti conditionē ſeruilem Domine ius. oſtendit eū ſeruuꝫ fuiſſe. Tāqꝫ puſilli. quia breuis erat ſtature. Sedulus. diligens officioſus. Pene macros. Ordo eſt. Pene arſit macros turdos. Dilapſo vulcano. i. ſparſo igni. errans flamma per coquinā. Lābere attingere. vt Lambere flamma comas ⁊ circū tempora paſci.

ASCEN. ¶ Hic nos coceij ⁊c. Pergit in deſcriptione itineris ſui poeta: multa vrbanitate ineptitudinē carpens ſcurrarū ⁊ variā mortaliū vitā figurās. Quocirca licet plurima ab acrone ſatis argute explanata ſunt: tamen vt imperitiores quoqꝫ accipiant clarioribus repetemus. Poteſt autē primoꝝ verboꝝ duplex eſſe ſenſus. Nā porphirio dicit ꝙ poeta indicat ſe capua profectuꝫ in coceij nerue villa manſiſſe que eſt ſupra tabernas caudij oppidi. ⁊ ſm hunc ſenſum legendū eſt. Hinc nos coceij recipit pleniſſima villa. quaſi poſtridie eius diei ad villā coceij veniſſent. Alij legunt hic. i. capue. ſed melior eſt lectio ſi hinc legatur. Alius ſenſus eſt. nunc accepti ſumus hoſpitio in villa coceij: que villa cū ſit pleniſſima ſupereſt. i. excedit cauponas caudij. i. melius ibi accepti fuimus in villa q̄ fuiſſemus in cauponis oppidi. Ubi hec tria vocabula notanda ſunt. Hoſpitiū em̄ eſt vbi amici recipiunt. Caupona vbi pro precio. ⁊ villa domus in agro. ꝙ aūt muſam inuocat ignari vt inquit Acro reprehendunt propterea q̄ in de arte poetica dicitur. Nec deus interſit niſi dignus vindice nodus Inciderit. hoc eſt ꝙ poete non debent facere inuocationē dei: quotiens humano ingenio nodus. i. difficultas poſſit diſſolui. verūtamen vt Acro docet oratorie hic poeta inuocat: ⁊ nō ſine multa vrbanitate. Nā iucūdiſſimū eſt in re ridicula grauitate verboꝝ interdū vti. Unde ⁊ Iuuenalis de magnitudine rumbi locuturus ait ſatyra. iiij. Incipe caliope licꝫ hic conſidere: non eſt Cantandū: res vera agit̄: narrate puelle Pierides ⁊c. Meſſi clarū genus oſci. Porphirio intelligit vt ſit. oſci ſunt clarū genus meſſij. ⁊ eſt ironia: qꝛ campani ignobiles ſunt. Equi feri ſimilē ideo dixit ꝙ toruā ⁊ ſetoſam frontē haberet vt equus ferus. Campanū in morbū. Porphirio. campani qui oſci dicebantur ore immundi habiti ſunt. vnde ⁊ oſcos dictos putant quaſi obſcenos. hec ille. ꝙ aūt meſſius dixit accipio: varie intelligit̄. Nā accipio pretermiſſa ſignificatione qua ſignificat ad cenā accipere: aliquando ſignificat intelligere: aut intellectū rei accipere. ſicut dare. dicere: aut intellectuꝫ rei dare. vnde poteſt eſſe accipio. i. intelligo quid vis dicere. vel melius tranſlatū dicas a gladiatore qui ſe vulneratū ſentiens dicit. accipio ſupple vulnus iſtud: relaturus aliud in te. vnde minabundus ſecū dicit. Paſtorē cyclopa. polyphemum intelligit. De quo in tertio eneid. ſatis ampla fit mentio. vt vero ex odiſſea homeri trahitur. Cyclopes in ſicilia immaniſſimi corporis homines fuerunt ⁊ vnum tm̄ oculū in fronte habebāt vt dicit Uirgilius: Argolici clipei aut phebee lampadis inſtar. hoc eſt ad magnitudinē clypei grecoꝝ aut globi ſolaris. non quantus eſt: ſed quantꝰ videtur nobis Cū vero vlyxes vagabundus per tempeſtatē ad eā regionē appulſus eſſet: vnꝰ cyclopuꝫ poliphemus nomine oues ſuas paſcens deſcendentē vlyxē cū ſocijs captiuos in ſpeluncā duxit. ⁊ cum duos ex ſocijs deuoraſſet vlixes dormienti fuſte ficulno illi oculū illū tranſfixit. Nā alit̄ quoniā ad oſtiū antri iacebat exire non potuiſſet cū ſocijs. Neqꝫ vero ſatis fuit occecaſſe niſi noua ſolertia exitū inueniſſent. Nā oſtiū antri occluſurus pecudes ſingulas exire fecit. palpans earū dorſa. quod videns vlyxes innuit vt ſub ventre arietū ereperent ſicut ⁊ ipſe fecit vnde ſaluus euaſit

cum comitibus ſuis:polyphemus ergo toruam cicatricē euulſi oculi in fronte habebat ſicut et meſſius:vnde poterat ſaltare cyclopē id eſt ſaltando exprimere perſonam cyclopis hoc eſt polyphemi:ſine larua.i.facie adulterina ex cortice aut corio aut carthis compacta:⁊ ſine tragicis cothurnis.i.altis calciamentis eo ꝙ magnus eſſet. Multa cicirrhus ad hec. Cicirrhus meſſius: ſarmento ſeruitutē obijciebat:vnde querit an cathenā qua vt ſeruus conſtringi ſolebat laribus donaſſet. Ubi ſcies ꝙ qui aliquo munere aut ſtatu perfuncti erant:ſolebant inſignia ⁊ arma illius deis dicare:vt pueri exeūtes pueritiam laribus bullam:⁊ puelle veneri pupas. bellatores herculi arma ad poſtē figebant:vnde petulanter interrogat an ne cathenā ſuam laribus donaſſet tanꝙ manumiſſus:⁊ infert ꝙ ꝗuis eſſet ſcriba.i.permiſſu dn̄e fungeretur officio ſcribe: tn̄ domina propterea non perdiderat ius ſuum. Preterea romani multos annos farre vixerant ⁊ pulte:vnde ſeruorum cibos permanſiſſe diu veriſimile eſt. Dabantur autem ipſis ſeruis ſingulis menſibus terni modij farris aut frumenti qđ dimenſum dicebatur:⁊ eo debebant eſſe contenti.non eñ plus pro victu accipiebant. Qđ ſi parcius viuerent id illis ad peculium id eſt propriam poſſeſſionē accedebat:vt ſatis oſtēdit dauus terentianus de geta ſeruo ita in prima ſcena phormionis loquens. Quod ille vnciatim vix de dimēſo ſuo ſuū defraudans geniū comparſit:miſer:id illa vniuerſum arripiet:haud exiſtimans quāto labore ſit ptum ⁊c. Quia vero edacibus ſeruis nimis exigua fuerat ea menſura:nonnulli fame coacti aufugerunt. Sarmentꝰ autem ſm̄ acronis interpretationem exili ⁊ gracili corpore fuit:ita ꝙ libra farris contentus eſſe poſſet. Unde percunctatur meſſius quare aliquādo fugiſſet cum nullam fuge cauſam videret habere. Turpiſſimū autem erat in ſeruo fugiſſe. Nam in eius contumeliam furcam in veſtibus portabat in ſignum ꝙ eam aliquādo meruiſſet:vnde ⁊ furcifer dicebatur. Sunt autem qui non minus conuenienter interpretantur dicentes ſarmentū pinguem ⁊ elatum ventrem habuiſſe vnde per ironiam gracilem ⁊ puſillum vocat meſſius vicem gerens in eo ꝙ ſe polyphemo comparatum audiſſet ob magnitudinē ⁊ frontis toruitatem. Sunt qui dicant de hoc ſarmento dictum eſſe illud Iuuenalis. Si potes illa pati que nec ſarmentus iniquas Ceſaris ad mēſas nec vilis galba tuliſſet. Unde manifeſtū eſt eum non ſobrium fuiſſe:quādo iniquas id eſt minores menſas ceſaris ferre noluiſſet. Erat aūt ſeruilis ſcurra. Scurra autem is dicitur qui non habita ratione ſue dignitatis tam in ſe ꝙ in alios dicacitate ſua dicteria iacit ⁊ conuitia ad riſuꝫ mouendum alijs ⁊ ſibi ventrem implendū. Urbanus autem modeſte ⁊ cum dignitate riſum iocūꝙ excitat. Ubi ſedulꝰ hoſpes pene macros ⁊c. Mira (inquit porphi.) energia id ē viuacitate ⁊ actiuitate hic ſenſus explicitus eſt. Nam reuera res ipſa pingi videtur:aut coraꝫ oculis agi nō narrari tm̄. Si quis autem ad allegoriam ꝯferre velit miraꝫ ſententie vbertatem inuenerit:in eo ꝙ ſedulus hoſpes veterē domum pro beneficio fere amiſiſſet:vnde fortune iniquitas dānari poſſet:ſed hec alijs relinquo. Arſit ab ardeo eſt preteritum: Ardeo autem varie accipitur vt indicant verſiculi. Ardet mens: ardet clipeus:domus ardet ⁊ ignis.hec amat:hic ſplendet: hec vritur vrit ⁊ ille:vnde hic quidam arſit paſſiue interpretatur dicens:hoſpes.i. domus hoſpitis arſit pene id eſt quaſi combuſta eſt:ſed meo iudicio melius actiue caperet. Naꝫ ordo ⁊ ſenſus eſt dum hoſpes ſedulus verſat in igni macros turdos pene arſit macros turdos: et totum domum quaſi comburebat. Turdus martiale iudice auium delicatiſſima eſt vñ ait. Inter aues turdus ſiquis me iudice certat: Inter quadrupedes gloria prima lepus. Quādo autem macri ſunt larido ardente aſſantur:vnde forte incendij cauſa. Uulcanus faber eſt iouis qđ officium ſine igni non fit:vnde ⁊ pro igni accipitur. Qui vero dicunt ſenſum eſſe.hoſpes arſit id eſt domus hoſpitis.dicunt hunc locum ſumptū eſſe ex ſecundo enei.vbi dicitur vulcano ſuperāte domus:iam proximus ardet Ucalogon. Accipias igitur vt placet. Ordo eſt. Uilla id eſt domꝰ in agro ſeu vt dicunt poſſeſſio cocceij:pleniſſima.i.abundantiſſima frugum ⁊ ceterorum eſculētorum recipit nos hinc id eſt a capua ſupple digreſſos que villa ſupereſt id eſt excellit ⁊ ſuperat ī abundantia victus cauponas.i.domicilia ⁊ diuerticula mercinaria caudi id ē caudij oppidi:vel ſupereſt.i.eſt ſupat ⁊ excedit in diſtantia a capua cauponas caudij. O muſa: o dea inuentionis poetice ego velim memores id eſt recites:dictes: nunc mihi paucis ſupple carminibus:pugnā id eſt contentionē factam animo pugnantiū ſarmenti ſcurre id eſt inepti ⁊ impudentis hiſtrionis:ꝙ pro et meſſi pro meſſij cicirrhi etiam ſcurre:⁊ velim etiaꝫ memores quo patre id eſt quibus parentibus ⁊ maioribus:vterꝙ natus contulerit id eſt cōmiſerit lites. Oſci id eſt campani ſupple ſunt claruꝫ.i.nobile genus meſſi id eſt meſſij. Hoc eſt meſſius ortus eſt ex campanis qui omnes obſceni ⁊ ignobiles:vnde per ironiam dixit clarum genus:vel ſic:genus meſſi id eſt

Scurra

meſſij eſt clarum genus.oſci id eſt cuiuſdam viliſſimi hominis oſci nomie vel patria qđ potius
creditur:quia dicturus eſt ſarmentū loqui in campanum moꝛbum id eſt contra vitium patrie
ipſius meſſij.Domina autem ſarmenti adhuc extat id eſt in rerum natura adhuc eſt.hoc eſt ad
huc viuit:vnde notum eſt illum ſeruum fuiſſe:⁊ ita ignobilem.Extare autem eſt extra ſtare:vel
permanere in ſtatu ceteris decedentibus:vnde extare dicuntur libꝛi nundum cum ceteris de-
perditi:ipſi ergo ambo oꝛti:ab his id eſt hmōi maioꝛibus venere id eſt venerunt ad pugnā ver
boꝛum ſcilicet.hoc eſt ad rixam.Sarmentus prioꝛ ſup.ait:ego dico o meſſi te eſſe ſimilez equi
feri id eſt ferocis ⁊ indomiti:nos inquit poeta ridemus cum hoc diceret:⁊ ipſe meſſius ſupple
dixit.accipio id eſt intelligo quid vis dicere:vel accipio ictum tuū illaturus meuz:⁊ hoc dicēs
mouet caput ſicut faciunt minitantes et ſarmentus ad hoc inquit.o quid faceres:ni id eſt niſi
tua frons foꝛet id eſt eſſet coꝛnu execto id eſt habens coꝛnu exectum id eſt euulſum ⁊ quaſi ex-
traſectum.Nam poſt x non ponitur s.ideo ab ex ⁊ ſeco fit execoꝛ:⁊ ex ⁊ ſequor exequoꝛ:ab ex et
ſalio.exilio ⁊ ſic de alijs.ſi ergo frons tua non haberet coꝛnu erectum quid faceres:cum tu mu
tilus id eſt mutilatus pꝛopter abruptum coꝛnu miniteris ſic id eſt tam ferociter.Declarat autē
poeta cauſam huius conuitij dicens.At feda id eſt turpis ⁊ inhoneſta cycatrix id eſt ſignatura
derelicta ex vulnere turpauerat id eſt turpem fecerat illi videlicet meſſio frontem ſetoſam id ē
ſetis hoc eſt duris pilis plenam:leui id eſt ſiniſtri oꝛis.hoc eſt in ſiniſtra parte frontis ſetoſe.
Item ſarmentus ſup.iocatus id eſt poſtꝙ iocatus fuit ⁊ irriſit permulta id eſt abunde in moꝛ-
bum campanū id eſt feditatem oꝛis campanoꝛum ⁊ dicacitatem eoꝛū:vel in moꝛbum campanū
id eſt ad ſimilitudinem moꝛbi.i.petulantie ⁊ dicacitatis campanoꝛum in faciem.i.figuram oꝛis
immo totius coꝛpoꝛis ipſius meſſij rogabat vti id eſt vt ſaltaret.i.ſaltando repꝛeſentaret ⁊ age
ret cyclopa.accuſatiuus grecus cuius nominatiuus eſt hic cyclops.i.polyphemū cui magnus
oculus in fronte erat ab vlixe euulſus:paſtoꝛem ſup.ouium:⁊ dicebat ſupple:nil pꝛo nō ⁊ in ali-
quo illi non eſt opus id eſt indigentia in aliquo larua.i.facie falſa ex coꝛticibus facta qua faciez
polyphemi imitaretur:aut cothurnis id eſt alto genere calciamēto tragicis.i.quo vtunť trage-
di in tragicis ludis:vel cothurnis id eſt alto genere loqndi quo vtuntur tragici ⁊ polyphemus
altiſſima voce clamabat vbi aufugere ſenſit grecos.Cicirrhus meſſius reſpondit ſupple multa
ad hec que ſarmentus obiecerat:⁊ querebat ne pꝛo an ipſe ſarmentus donaſſet id eſt dicaſſet iā
cathenam qua:qꝫ ſeruus ligari ſolebat:laribus id eſt deis familiarib⁹ quibus a nobilibus pue-
ris dum virilem togam ſumunt bulla dari ſolebat:⁊ aſſerebat ſupple ius id ē poteſtatē eſſe dn̄e
nihilo id eſt in nulla re deterius id eſt minoꝛem ⁊ vilioꝛez eo ꝙ eſſet ſcriba.Deterius venit aut
a deter inuſitato vocabulo:aut a detero verboꝛ:⁊ per metaphoꝛam ſignificat peius ⁊ vilius eo
ꝙ res detrite viles ⁊ male ſunt:⁊ eo peioꝛes quo deterioꝛes id eſt magis detrite.Deniqꝫ id eſt
tandem poſt cetera rogabat.i.interrogabat:cur id ē quare ipſe vnqꝫ fugiſſet:cuz eſſet is cui exi
ſtenti tam gracili ⁊ tam puſillo vna libꝛa farris:foꝛet.i.eſſet ſatis:quanto magis trimodiū:non
ergo coactus eſt fame aut inedia fugere.Hec per ironiā potius dicta credimus:nam nō veriſi
mile eſſet ſcurrā voꝛacē gracilem puſillūqꝫ fuiſſe.Nos ergo (inquit poeta) pꝛoduxim⁹ illam ce
nam pꝛoꝛſus id eſt poꝛro:verſus.i.vndequaqꝫ iucunde.Et nos tendimus id eſt pꝛoficiſcimur:
hinc id eſt ab hac villa coceij:beneuentū oppidum olim maleuentū dictū:recta ſupple via.Nō
autem moꝛis eſt addere via:ſed recta per ſe plenū eſt:vbi id eſt in quo loco:hoſpes ſedulus id ē
diligens ⁊ operoſus pene.i.quaſi:arſit id eſt conbuſtus eſt vna cum domo ſua:vel hoſpes id ē
domus hoſpitis:arſit pene.ſicut ſecūdo enei.Jam pꝛoximus ardet vcalegon:vel ſicut diximus:
vbi hoſpes ſedulus dum verſat macros turdos id eſt aues ſic dictas in igni melius ꝙ in igne
dicitur:ipſe pene id eſt quaſi arſit.i.combuſſit macros turdos:vna cuz domo ſua.Nam vulcano
id eſt igni delapſo id eſt diſperſo per veterem:culinā id eſt coquinam.i.poſtꝙ ignis diſperſus
eſt:flamma vaga.i.vagabunda:pꝛoperabat lambere.i.molliter contingere.ſummū tectum id ē
culmen domus.Caue ne legas dilapſa vel dilapſa eſt.Naz acro recte dilapſo vulcano legit.Tu
videres.i.quilibet poſſet videre (ſicut quarto enei.Migrantes cernas totaqꝫ ex vrbe ruen-
tes) conuiuas:auidos id eſt cupidos cibi ⁊ ſeruos timentes ne cena perderetur rapere cenam
id eſt cocturam pꝛo cena:⁊ videres omnis.i.omnes qui aderant:velle id eſt laboꝛare reſtigue-
re.i.vt reſtinguant ignē:omnis eſt accuſatiui caſus.Quia vt Seruius dicit.Accuſatiuus plu
ralis tertie declinationis recte in is exit:qn̄ genitiuus pluralis in iū.vt tres triū tris.Pꝛiſcia-
nus arctioꝛes regulas ponit.Errant aūt qui nominatiuū ⁊ vocatiuuz etiam in is exire docent
pꝛeterꝙ in paucis:ſyꝛtis:trallis:alpis ⁊c.

Incipit ex illo montes appulia notos
Oſtentare mihi: quos torret atabulus: & quos
Nunq̄ erepſemus niſi nos vicina triuici
Villa recepiſſet lachrymoſo nō ſine fumo
Udos cum folijs ramos vrente camino.
Hic ego mendacē ſtultiſſimus vſq; puellam
Ad mediā noctem expecto: ſomnus tamē aufert
Intentū veneri: tum īmundo ſomnia viſu
Nocturnā veſtē maculant ventrēq; ſupinum.
Quattuor hinc rapimur viginti & milia rhedis:
Manſuri oppidulo qd̄ verſu dicere nō eſt:
Signis perfacile eſt: venit viliſſima rerum
Hic aqua: ſed panis longe pulcherrimus: vltra
Callidus vt ſoleat humeris portare viator.
Nam canuſi lapidoſus aque non ditior vrna
Qui locus a forti diomede eſt conditus olim.
Flentibus hic varius diſcedit meſtus amicis.
Inde rubos feſſi ꝑuenimus. vt pote longum
Carpentes iter: & factum corruptius imbri.
Poſtera tempeſtas melior: via peior adusq;
Bari menia piſcoſi. dehinc gnatia lymphis
Iratis extructa dedit riſuſq; iocoſq;
Dum flāma ſine thura liqueſcere limine ſacro
Perſuadere cupit: credat iudeus apella:
Non ego. nāq; deos didici ſecurū agere euū
Nec ſiquid miri faciat natura: deos id
Triſtes ex alto celi dimittere tecto
Brunduſium longe finis charteq; vieq;.

Acro

¶ Incipit ex illo montes appulia notos. Bene dixit notos: appul⁹ eīn fuit ſiue venuſinus. Quos torret. i. incēdit: q: nimio calore flans ventus illā regionē exiccat: & peſtifer d: eē & grauis Atabulus nomen venti: apo tes ates. i. a peſtilentia. Erepſemus id eſt trāſiſſemus (pro erepſiſſemus & eſt figura detractio) ſiue pene tranſiſſemus. Triuici oppidi in fine cāpanie quo vehicula iuncta accedere nequeunt: ergo Hora. ad villam diuertit. Udos humidos: virides. i. accepit nos cū ſummo fumo: q: ibi vrebātur rami. Specto. i. ſpectaui. Somnus tñ aufert: illam ſc; expectationē & abundat tñ. Intentū veneri: expectantē venerē. Manſuri oppidulo qd̄ verſu dicere nō eſt: equotutium dicebat̄ oppidū & nō poterat in verſu ſuo ponere hmōi nomen ac ꝑ hoc ſignis vtitur. Ita ait dicere nō eſt: vt ſoluendo nō eſt. Callid⁹: prouidus: ſapiens. Aque nō ditior vrna: q: in equotutio aque eſt inopia: et ſilr apd̄ canuſiū oppidū appulie lapidoſus eſt panis. Hac de cā de equotutio emitur panis. ſilr & vbi aq̄ deeſt vt equotutio. Inde rubos feſſi. Oppidum eſt italie Virgi. Nunc facilis rubea texatur fuſcina virga. Corruptius nobis moleſtius: difficili⁹. Poſtera tēpeſtas. poſterū tēpus: poſtera dies. ſtatus celi: hoc eſt ſerenitas. Adusq; bari menia piſcoſi. Ciuitas que ad baris d: hodieq; vt dixit grāmaticus theotiſtus. Dehinc gnatia lymphis iratis extructa: q: aq̄s nō h;. dedit riſuſq; iocoſq;. riſim⁹ inq̄t ꝙ apud gnatiā audiuim⁹ flāmis ſine thura ꝯſumi. Apella finxit nomen q̄ſi ſine pelle: aut certe a pella q: ꝑputiū nō h;. Nāq; d̄os ſm dogma epicureorū loq̄tur q̄ dicūt agere ſeculū ſine cura: vt poeta. Nec curar̄ deū credis mortalia queq;. Nā epicure⁹ erat: iō dixit deos nō curare mortalia. Triſtes in ſcrutādo ſollicitos.

ASCEN.

¶ Incipit ex illo. Deſcribit iter ſuū vſq; ad terminū. i. brunduſiū quo miſſus erat: ꝙ aūt mōtes appulie notos ſibi dic: hoc ē ꝙ venuſiū oppidū ē int̄ lucaniā & appuliā vt alibi dicet: ipſe aūt venuſin⁹ erat. Atabulus d: q: ten aten hallei. i. peſtē & nocumentū inijcit. A dyomede: qui bello troiano finito in italiam profectus arpos & canuſiū condidit. Barum autē. i. gnatia & ruida pe



Atabolus

BIBLIOTECA MARÉS

diculorum id eſt eius nominis populorum oppida ſunt. Dum flamma ſine. anaſtrophe eſt. i. trã-
ſuerſio ſeu poſtpoſitio prepoſitionis. Nam ordo eſt. Dum cupit perſuadere thura liqueſcere ſine
flamma. vnde puto deprauatum eſſe Acronem vbi dicit. flammas ſine thure cõſumi. pro eo qđ
eſt. thura ſine flammis conſumi. Nanqꝫ deos didici. ab epicuro ſcilꝫ qui docuit deos non cura-
re mortalia facta. que ſi curare vellent ſollicitudine vrgente beati eſſe non poſſent: ſed triſtes.
que ratio ꝙ friuola ſit neminem chriſtianorum latet. Jactabat tamen ſe epicurus mortaliũ ge-
nus duobus magnis malis leuaſſe: videlꝫ religione preſentium ⁊ metu futurorum. dixit enim
deos non curare mortalia vnde fruſtra colantur. ⁊ poſt mortem aliam non eſſe vitam. vnde fru
ſtra metuerem⁹ inferna. ſed hec ſacrilega ſunt. vnde poeta noſter alibi longe aliter ſentit. ĩmo
errorem reuocat primo carminum ita dicens ode. xxxiiij. Parcus deorum cultor ⁊ infrequens
Inſanientis dum ſapientie conſultus erro. vbi ſapientiam epicureorum inſanientem vocat et
erroneam. Eſt autem poetarum varias ſequi opiniones. congruit autem huic loco poſtꝙ epicu
rice pollutionem faſſus eſt ſe epicureum oſtendere. cui ſecte voluptuoſa vita ⁊ lubrica pudori
non fuit. Ordo eſt. Appulia: pars illa italie incipit ex illo. i. poſtꝙ illinc profecti ſumus oſtenta-
re mihi montes notos. i. quos cum vicini patrie mee eſſent bene noram dicit poeta. quos mon
tes atabulus ventus ille peſtifer torret. i. vrit ⁊ exiccat: ⁊ quos nunꝙ pro non ⁊ vnꝙ nos non
erepſemus (pro erepſiſſemus per ſincopam). i. rependo ⁊ tarde procedendo exiuiſſemus: ſed il
lic defatigati occubuiſſemus. niſi villa. i. ſuburbium. triuici illius oppiduli ad quod vehicula iũ-
cta accidere nequeunt recipiſſet nos non ſine. i. cum fumo lachrymoſo. i. lachrymas prouocante
⁊ hoc dico camino. i. igni vrente. i. cõburẽte ramos: vdos. i. hũidos ⁊ virides hũorem intrinſec⁹
habentes cum folijs. i. frondibus. Caminus non eſt fumarium per quod fumus exit: ſed ignis
ipſe. Focus autem non eſt ignis: ſed locus vbi ignis fit: a fouendo dictus. ego inquit poeta ſtul
tiſſimus expecto. i. expectaui: hic. i. in hac villa: puellam mendacem. quia non tenuit promiſſuꝫ
vſqꝫ ad mediam noctem. ſomnus aufert tamen. i. tandem (⁊ ſic ſepe capitur ⁊ ita non vacat) ve
neri. i. libidini. mee. intentum. i. conatum ſuum. vel id ad quod intendebat. Acro autem exponit
ſic. ſomnus aufert me intentum veneri. ⁊ ſic eſt participium. tum. i. preterea vel inſuper. ſomnia
id eſt inſomnia vel fantaſmata: maculant. i. polluunt: immundo viſu. i. propter immundũ viſum
quo videbar mihi puellam complecti. veſtem nocturnã qua noctu vtebar. qꝫ pro et ventrem ſu-
pinum. i. ad ſuperas partes hoc eſt celeſtes verſum. Quedam exemplaria habent ventremqꝫ ſu
perbum. i. elatum vel vino ſpumantem ⁊ effrenem. credo tamen ſupinum potius legendũ. vult
autem dicere ſe pollutũ eſſe. quod cum epicureus eſſet haud turpe duxit. Landinus tamẽ vult
ꝙ ſub nomine ſuo alium notet: quod veriſimile non eſt. Nec tamen ob id ſe ita reprehẽdit vt au
ctoritatẽ minuat. quia inter leuia ſeu mediocria vitia computandum putauit: vnde ſe ſtultũ fuiſ
ſe fatetur. ꝙ puelle crederet. Nos rapimur. i. celeriter rapti trãſimus: rhedis. i. vehiculis: hic. i.
ab hac villa. quattuor ⁊ viginti milia ſupple paſſuum. Ornate autem dixit. quattuor ⁊ viginti.
Nam vt Valla annotauit. quando inter partes numeri ponitur coniunctio: tunc vltra viginti ⁊
citra centum. hoc eſt intra viginti ⁊ centum preponemus minorem numerum. ſed ante viginti
⁊ poſt centum: ⁊ vbiqꝫ ſine coniunctione econtrario fiet Dices ergo decem ⁊ quattuor: centum
⁊ quattuor. non tamen viginti ⁊ quattuor: ſed quattuor ⁊ viginti. vel omiſſa coniunctione vigi
tiquattuor: ⁊ ſic de conſimilibus. Nos ergo rapimur rhedis ſupple per quattuor ⁊ viginti milia
paſſuum: manſuri vt maneamus oppidulo. i. in paruo oppido: quod non eſt ſupple conceſſum di
cere verſu hexametro ſcꝫ Hoc aũt oppidũ ſm Acronẽ dicit equotutiũ. ſm Porphirionẽ equũ-
tutiũ. ſm Landinũ entractitium ſi codices mendoſi non ſunt. Non eſt autẽ dicere. i. non licet di
cere vel non eſt in poteſtate mea dicere. ſicut hic non eſt ſoluendo. dicimus de eo qui ſoluere nõ
poteſt. ideo aũt non eſt dicere verſu hexametro. quia cũ ſyllaba breuis inter duas longas poni
tur: non eſt dictio apta metro hexametro. perfacile. i. valde facile eſt ſupple dicere ſignis. i. per
ſigna. aqua que eſt viliſſima rerũ. i. res viliſſima hoc eſt minimo vendi ſolet: venit. i. venditur:
hic. i. in hoc loco. Scies puer vile dici quicquid facili precio emitur. vt vilis eſt panis vbi non
care emitur. vnde male accipiunt qui putant rẽ vilẽ eſſe contemptibilẽ ⁊ ſordidã. veneo autem
eſt venum eo. i. vt vendar. ⁊ producit tam in preſenti ꝙ in preterito primã ſyllabã. venio autem
id eſt aliquorſum eo habet in preſenti ⁊ in eius temporibus primam breuꝫ: in ceteris longam.
Aqua ergo que eſt viliſſima rerũ: quia duo elementa cõia ſunt aqua ⁊ aer ⁊ maxima ſolet in ple
riſqꝫ locis eẽ aquarũ copia. illic tamẽ cũ ſit terra ſicca (vt apđ Perſiũ ſitiat canis appula ꝙtũ)
aqua venit. i. venditur. ſed panis eſt ibi longe pulcherrimus. intantũ vt viator callidus. i. proui

dus ⁊ i eo itinere ſic exercitatus: vt callū in pedibꝰ habeat ſoleat portare panē illū humeris ſuis vltra.i.ad vlteriora loca. Nā panis eſt ſupple canuſi.i.canuſij vel apud canuſiū lapidoſus.i.durꝰ nō ditior.i.non carior vrna aque.i.ꝙ vendatur vrna aque apud equūtutiū. ⁊ ita panis equotutij cōmutatur cū aqua canuſina. vel ſic. panis canuſi lapidoſus eſt: ⁊ vrna aque non eſt ditior.i. melior.i.vtrūqꝫ ibi malū eſt. ſed prior ſnia magis placet. Qui locus ſcꝫ canuſinus eſt olim conditus a forti diomede. qui etiā cū enea duellū iniit: cuiꝰ corā lapide ꝑcuſſit. ꝙtū inqt homerꝰ duo hoies robuſtiſſimi etate mea tollere nō poſſent. Unī certū eſt fortē fuiſſe. Uarius poeta ⁊ amicus noſter diſcedit.i.diſgredit a nobis: hic.i.hoc loco exiſtens meſtꝰ ⁊ amicis flentibꝰ ꝓpter diſceſſum eiꝰ. Nos peruenimꝰ inde.i.ex illo loco: rubos.i.ad illō oppidū exiſtētes feſſi. vtpote carpentes.i.qui carpſimus longū iter.i.viā longā hoc loco. ⁊ factū corruptiꝰ.i.moleſtiꝰ ⁊ difficiliꝰ imbri.i. ꝑ pluuiā. Poſtera tēpeſtas.i.aura ſequētis diei erat melior: qꝛ nō pluebat. ſed via erat peior: qꝛ iā mollificata precedenti pluuia. vſqꝫ ad menia bari oppidi piſcoſi. vbi multe ſunt paludes ⁊ multa ſtagna in quibꝰ copia eſt piſciū: ⁊ ita via lutoſa dū pluit. dehinc.i.de hoc loco gnatia ciuitas pediculoꝝ.i. illoꝝ populoꝝ int quoꝝ ciuitates eſt extructa lymphis.i. aquis exiſtentibus iratis. qꝛ nolūt ibi eſſe. dedit nobis riſus ⁊ iocos: dū cupit ꝑſuadere.i.efficere vt credamus thura liqueſcere.i.liquefieri in ſacro limine.i.in altari vel in introitu tēpli. quā rem dicit poeta credat iudeꝰ apella.i.circūciſus ⁊ ſine pelle.i.preputio. ab a priuatiua particula ⁊ pelle. Credebātur aūt iudei a romanis eſſe ſuperſtitioſi: vt in actibꝰ aploꝝ ſatis ꝯſtat. eo ꝙ mlta miracla a deo inuiſibili facta aſſerebāt: que romani hyſtoriographi nō credētes inuertebāt: hoc ē praue recitabant: vt apud iuſtinū in exitu iſrael de egypto fere oia miracula deprauata legas dicentē nō per maris rubei diuiſionē egyptios eſſe ſubmerſos: ſed per nimiā pluuiā impeditos ne fugiētes perſequerent. Credat ergo inquit poeta iudeꝰ hoc. Nō ego. Nāqꝫ ꝓ qꝛ ego didici in ſcholis epycureorū deos agere: euum id eſt perpetuam vitam: ſecurum id eſt ſeorſum a cura: id eſt non curando res inferiores. Nec prot nō. ⁊ didici ſupple ſi natura faciat quid.i.aliquid. miri.i.mirādi. vel aliquod miraculū. deos triſtes.i.ſollicitos nō demittere.i.deorſum mittere id. hoc ē illud mirū ſeu miraculū ex alto tecto celi. Brunduſiū aūt fuit finis.i.terminꝰ longe vie ⁊ lōge charte in qua ſcribebam iter meum.

## Satyra ſexta.

On quia mecenas lydorum quicquid
n etbruſcos
Incoluit fines nemo generoſior eſt te:
Nec ꝙ auus tibi maternus fuit atqꝫ paternus
Olim qui magnis legionibus imperitarint
Ut pleriqꝫ ſolent: naſo ſuſpendis acuto
Ignotos vt me libertino patre natum.
Cum referre negas quali ſit quiſqꝫ parente
Natus: dum ingenuus. perſuades hoc tibi vere.
Ante poteſtatem tulli atqꝫ ignobile regnum
Multos ſepe viros nullis maioribus ortos:
Et vixiſſe probos: amplis ⁊ honoribus auctos.
Contra leuinum valeri genus: vnde ſuperbus
Tarquinius regno pulſus fuit: vnius aſſis
Non vnꝙ precio pluris licuiſſe: notante

On quia mecenas ⁊c.
n Mecenatē alloquit candorē animi eiꝰ cōmemorans qui generoſos atqꝫ humiles abſqꝫ diſcrimine accipiat. Lydi quondā tuſciā poſſederūt a quibꝰ originē mecenas trahebat. Senſus hic eſt. non te inquit extollit nobilitas gentis ⁊ ſanguinis vt deſpicias eos qui ex infimis nati ſūt ſciens ꝙ non genꝰ ſed virtus in hoie eſt querenda. Non quia habes ethruſcos fines quos incoluit quicquid lydorū fuit. nec eo quia nemo ē te generoſior.i.neqꝫ quia nobilis es: ideo derides ignobiles ⁊ libertinos. nec ideo ꝙ imperauit pater tuus ⁊ auus irrides ignotos. paupes. ignobiles. nec ignoti tibi faſtidia afferunt. quod vulgo ſannā dicūt. Suſpendis. ſpernis. ſubſannas faſtidis.i.non irrides. Nouimꝰ enī quia qui irrident ſannas faciunt. Referre intereſſe. Dū ingenuus. dummodo igenuus ſit. ACRO.

Judice quo noſti: populo. qui ſtultus honores
Sepe dat indignis: ⁊ fame ſeruit ineptus.
Qui ſtupet in titulis ⁊ imaginibus. quid oportꝫ
Nos facere a vulgo longe lateq; remotos?
Nanqꝫ eſto populus leuino mallet honorem
Quã decio mandare nouo: cenſorqꝫ moueret
Appius: ingenuo ſi non eſſem patre natus
Vel merito: quoniã in propria nõ pelle quieſſem.
Sed fulgente trahit conſtrictos gloria curru
Non minus ignotos generoſis. quo tibi tulli
Sumere depoſitum clauum fieriqꝫ tribunum
Inuidia accreuit? priuato que minor eſſet.

Ingenuus aũt ad moris probitatẽ pertinet. Perſuades hoc tibi recte. Recte inquit hoc tibi perſuades o mecenas ꝙ ante imperiũ tulli qui vnus ex ſeptẽ regibus ſeruili tñ genere fuit: Alij multi ignobiles: ſed viri boni ⁊ vite optime fuerũt. Senſus hic eſt. Recte hoc ſentis: quia non nobilitatẽ magnipendis: ſed virtutẽ. Ante poteſtatẽ. Senſus ẽ non ſoluꝫ tullũ ſed alios multos ex ignobili genere claros fuiſſe. Fuit aũt tullꝰ tarquini priſci lucumonis ſeruus. De quo Virg. Ocia qui rũpet patrie: reſideſq; mouebit Tullus in arma viros. Unde. a quo. vt genus vnde latinũ. Licuiſſe: a licitatione. i. valuiſſe exiſtimaſſe. qm̃ oẽ quod licet valet. Quo noſti. vt noſti. Fame inſeruit. i. nobilitati qui ſtupet in titulis. i. dũ virtuti prefert nobilitatẽ. Quid oportet nos facere. Nos qui ſumus ſapientiores populo: ſi populꝰ recte iudicat ꝙ ꝙ frequẽter errat. non deinꝰ honorẽ merentibꝰ magis ꝙ nobilibꝰ? Nã eſto. hoc quaſi p̃cedente ſubiectõe dicit. quaſi aliquis dicat. Magis debuit honorẽ accipere leuinꝰ hõ nobiliſſimꝰ ꝙ neſcio quis ignotꝰ. Cui ita reſpõdet. cõcedo ꝙ magis debuit populꝰ mãdare honorẽ leuino nobili q̃uis ignauo: ꝙ decio ignobili q̃uis forti. quare aũt hoc concedo? q2 dꝫ vnuſquiſq; contentꝰ eſſe ordine ſuo. ⁊ hic hiophelos docet vnũquẽq; debere ſorte ꝓpria contentũ eſſe. Iſte leuinus originẽ ducebat a valerio publicola. qui cũ bruto pepulit de ciuitate tarquiniũ ſuperbum: ⁊ tñ ſemper contemptus eſt a populo. Si ergo populus qui ducitur nobilitate ⁊ diuitijs ſepe ignauos q̃uis nobiles ſpernit. q̃d nos oportet facere. quanto inquit minus ad honorẽ poſſumꝰ peruenire qui vulgo ignoti ſumꝰ: ſi etiã nobiles notantur a populo. Melius eſt ergo tuo iudicio ꝙ populi placere. Cenſorq; moueret appius. hic eſt appiꝰ qui libertinos in vrbe tribunos redegit. Vel merito. valde merito. Qm̃ in propria non pelle quieſſem. i. proprio ordine ⁊ ſtatu. ſumptũ eſt ex ꝓuerbio. Nã non quieſcere in pellibus ſuis dicimus eos. qui humiliore loco nati maiora deſiderant. Sed fulgente trahit conſtrictos gloria curru. Sed in fulgente curru gloria illicit tã ignobiles ꝙ nobiles. Et eſt alia ſubiectio. Gloria que ſtat in curru fulgente ita trahit hoies quaſi illigati ſint. Cõſtrictos: cupiditate plenos vel impeditos. hic cupiditatẽ gloriã deſignauit. Quo tibi tulli ſumere. ſenſus eſt. q̃d neceſſe eſt adip̃os honores affectare q̃uis omnes cupiant. Iſte tullius ſenator fuit ante remotus a ſenatu per ceſarẽ quaſi pompeianus. occiſo ceſare recepit ſenatoriã dignitatẽ. fuit autem ignobilis. Tibi autẽ tribuno dixit. quia recepto ordine ſenatorio factus eſt tribunus militum.

## Argumentum ſexte Satyre per Aſcenſium.

¶ Sexta notat patrum de nobilitate ſuperbos.

Ordo eſt. Sexta ſupple ſatyra: notat id eſt reprehendit: ſuperbos id eſt ſuperbientes ⁊ ſibi placẽ-
ASCEN. tes: de nobilitate patrum id eſt maiorum ſuorum. vt ſequentia latius indicant.

¶ Non quia mecenas ⁊c. Quoniã Horatius ſepe male audiuerat ꝙ libertine conditionis patre ⁊ eo precone natus eſſet: in hac ſatyra ſexta ſe alioſq; humili loco natos conſolatur: atq; maliuolis reſpondet oſtendens nõ nobilitatẽ ſanguinis: ſed morũ ingenuitatẽ eſſe dignã veris honoribꝰ: multoſq; ignobiles per virtutẽ nobilitatos ⁊ ad ſummã dignitatẽ perueniſſe. monet tñ infime cõditionis hoies in ſuo ordine debere perſtare. ⁊ ne ſe ob id neceſſario miſeros iudicẽt. enumerat multa cõmoda priuatis hoibꝰ conceſſa: quibus in dignitate conſtitutis cauendũ eſt. Hic aũt patrẽ ſuũ cõmendat ab optima inſtitutione ſui: cuius ſe neq; pudere neq; pudere debere oſtẽdit. ⁊ hec huiꝰ ſatyre ſumma. Plurima ab Acrone argute: ſed forte non ſatis clare dicũt. quocirca planioribus repetemꝰ. Non quia mecenas. laudat mecenatis modeſtiã atq; benigni-

tatē ergo huīli genere natos ꝙuis ipē altiſſimo loco.i.regali ꝓſapia genitꝰ eſſet. Et licet Acro
velit ſubintelligi verbū habes: vt ſit non quia habes ethruſcos: tn̄ nullo ſubaudito videt̄ plena:
imo pfectioꝛ eſſe cōſtructio vt ſit oꝛdo. O mecenas tu nō ſuſpēdis adūco naſo.i. non ſubſannas
vt pleriqꝫ ſolent hoīes: ignotos.i.ignobiles vt me natū libertino patre. ideo qꝛ nemo lydoꝝ qc-
qd lydoꝝ incoluit ethruſcos fines eſt generoſioꝛ te. ⁊ ſic magis grāmatice: ſꝫ minꝰ eleganť dice
retur. qſquis ethruſcos ⁊c. Neutrū eñ genꝰ plenꝰ ⁊ copioſiꝰ ſignificat ꝙ cetera. ideoqꝫ plꝰ videt̄
eſſe. qcqd lydoꝝ. ꝙ qſquis lydoꝝ. Erat ḡ Horatiꝰ patre libertino ⁊ pcone natꝰ. Ante poteſtatē
tulli. plenꝰ eſt genitiuꝰ. nā noiatiuꝰ eſt tullꝰ nō tulliꝰ. Tullꝰ eñ vnꝰ fuit ex ſeptē regibꝰ rome ſerui
lis cōditionis. Tulliꝰ aūt oratoꝛ inſignis. ſed de eo nō fit hic mentio. fiet aūt mentio de quodā
tullio cuiꝰ hyſtoriā Acro narrat ibi. quo tibi tulli Sumere depoſitū ⁊c. Regnū ignobile ꝓpter
ignobilē regē dicit. valeri genꝰ. i. generationē vel de genere valerij publicole. Coactꝰ aūt eſt fa
cere periphraſim. i. deſcriptionē. ⁊ etiā apocopen. qꝛ valeriꝰ in verſu hexametro poni non pōt.
Et eſt ſenſus. Tullus ſeruilis ꝯditiōis: ⁊ pleriqꝫ alij ꝙuis ignobili genere nati eſſent per virtu-
tē ad ſummū imperiū maximoſqꝫ honores ꝑuenerūt. Ecōtrario aūt leuinꝰ ꝙuis eſſet nobiliſſi-
mi generis: qꝛ de valerio publicola originē ducens: qui cū bruto ꝓpter lucretie corruptionē tar
quiniū ſuperbū exegit. tn̄ qꝛ turpiter vixerat: nō eſt vnq̄ pluris eſtimatꝰ a populo ꝙ precio vniꝰ
aſſis. Et ſi populus qui ſepe dat honores indignis ⁊ adimit dignis hec fecit: quid oportet nos
facere a vulgo per ſapientiā remotos. Sunt qui legant quod oportet Non facere ⁊c. ⁊ dicunt
non congruere ꝙ Horatius dicat ſe remotū a vulgo: cū tamen ſe libertinū patrē habere fateat̄
Sed iſti non aduertunt ꝙ licet in genere a vulgo non remoueat̄: in ſententia tamē ⁊ iudicio cū
ſapientie ſtuduiſſet longe remotus fuit. Legamus ergo cū Acrone: qd oportet Nos facere ⁊c.
Nā eſto inquit ꝙ populus mallet honorē dare leuino propter nobilitatē ꝙuis eſſet malignꝰ ꝓ-
pter turpē vitā: ꝙ decio nouo. i. qui nunq̄ priꝰ fuit in dignitate: nec natꝰ ab his qui in dignitate
fuerūt. Talis eñ nouus homo dicitur ⁊ ſi etiā appius plebis defenſoꝛ moueret deciū ab hono-
re magiſtratus: quid ſupple oporteret nos remotos a vulgo de hac re ſentire. Dicit Horatius
transferens ad perſonā ſuā. ego ſupple dicerē ꝙ ſi pro quia. non eſſem natus ingenuo patre. ap
pius ſupple moueret me. vel. i. etiā merito ⁊ ſine iniuria ꝙuis eſſem melioꝛ. quoniam nō quieſ-
ſem. i. quieuiſſem in propria pelle. i. proprio ordine. Per que verba hoc mihi videtur velle dice-
re ꝙ homines ignobiles non ſint ſubſannandi dūmodo ſint boni: nec tamen ad nobiliū digni-
tatem ſublimandi. ſed debent in ſua pelle quieſcere. Quod prouerbiale Acro eſſe dicit. Alij tra
ctum putant ex fabulis eſopi. In quibus aſinus volens timeri vt pellem leonis quam inuene-
rat indueret ſuam exuit: atqꝫ ita ad concilium animalium accedens omnibus timori fuit donec
agnoſceretur vox eius. qua cognita ⁊ pelle leonis detracta omnibus ridiculus fuit. Sed fulgē
te trahit. Alia obiectio que talis eſt. Quamuis conſultius ac melius eſſet quēqꝫ in ſuo ſtatu ac
ordine manere: tamen gloria ſuo ſplendore tam ignobiles ꝙ nobiles ad dignitatem affectandā
trahit atqꝫ conſtringit. Ad hoc reſpondet poeta oſtendēs eam gloriam ⁊ ambitionem: multas
moleſtias. multam inuidiam multaqꝫ incommoda afferre: immo plurimis dum nimiam celſitu
dinem querunt opprobrium ac infamiam. eo ꝙ dum ad nouas dignitates accedimus: vita no-
ſtra antea ignota ⁊ non inquiſita ab omnibus inquiritur. Ordo eſt. O mecenas: tu non ſuſpen-
dis adūco naſo id eſt non irrides nec ſubſannas: vt id eſt ſicut: pleriqꝫ id eſt plurimi ſolent igno
tos id eſt ignobiles: vt me. natum patre libertino id eſt libertine conditionis. qui ſcilicet ſeruꝰ
fuerat ſed per manumiſſionem libertate donatus ⁊ libertinus factus. Non inquam faſtidis
aut ſubſannas ignobiles ideo quia nemo lydorum eſt generoſioꝛ te. quicquid id eſt quicunqꝫ
eorum: incoluit id eſt inhabitauit olim ethruſcos fines: id eſt ethruriam ſeu thuſciam. Nec ideo
ꝙ id eſt quia: auus maternus atqꝫ paternus fuit tibi qui ambo imperitarint: id eſt imperitaue-
rint: olim magnis legionibus: id eſt qui magnarum legionum imperia tenuerint. vnde dicitur
in principio carminum. Mecenas atauis edite regibus. Ideo autem non ſuſpendis id eſt non
irrides ignotos. Cum id eſt quoniam. tu negas referre: id eſt intereſſe. quali parente quiſqꝫ ſit
natus. Dum id eſt dūmodo ſit ſupple ingenuus id eſt nobilis ⁊ liberalis in moribus. tu perſua-
des tibi hoc vere. quod ſequitur. ſcꝫ multos viros. nullis pro non ⁊ vllis. non ortos vllis paren
tibꝰ. i. quoꝝ parentes tā ignoti ſunt ac ſi nulli fuiſſent. vixiſſe ⁊. i. ſimul probos. ⁊ auctos. i. accu-
mulatos amplis honoribus. i. dignitatibus ante poteſtatem tulli regis romanorum: qui ex ſer-
uo rex factus eſt. ⁊ ante ignobile regnum tulli: id eſt anteꝙ ignobilis rex tullus regnaret. Con
tra: id eſt econtrario: tu perſuades tibi vere. Leuinum: nobilem ſcꝫ illum viruꝫ: ſed malis mori

bus exiſtentem genus id eſt de genere valeri pro valerij per apocopen vel ſineriſim. vnde id eſt a quo ſcilicet Valerio publicola tarquinius ſuperbus ſeptimus ⁊ vltimus rex romanorum fuit pulſus id eſt a ciuitate romana exactus: non licuiſſe id eſt nō fuiſſe eſtimatum: vnꝙ̄ pluris precio vnius aſſis: ⁊ hoc populo iudice notante. i. reprehendēte mores eius quo noſti id eſt vt noſti ſm acronē. vel ſic. Et hoc dico eo iudice quo noſti id factum eſſe videlicet populo notante. Si de congruitate dubitas puer. ſcies ꝙ licuiſſe regit genitiuū pluris: propterea ꝙ verba preciūꝫ aut mercedem connotantia precium vel mercedē in ablatiuo regunt: preter has dictiones tantum quātum plus ⁊ minꝰ: que cum ſuis compoſitis ſi ſine ſuſtantiuo ponantur in genitiuo reguntur: vnde dices emi equū tribus aureis ⁊ non pluris. Item ꝙ̄ti emiſti equū: tribus aureis quāti vendis panem tuū: non pluris ꝙ̄ alij: fortaſſe etiam minoris. i. minori precio. Genitiuus autem pluris: q: comparatiui gradus eſt regit ablatiuū precio: ⁊ ly precio quia ſubſtantiuum regit genitiuū vnius aſſis. Licuiſſe autem paſſiue ſignificat id eſt eſtimatū eſſe: hoc eſt populus non iudicat leuinū ꝙ̄uis nobilem pluris ꝙ̄ vnius aſſis precio valere: qui populus exiſtens ſtultus dat ſepe indignis honores ⁊ exiſtens ineptus ⁊ inſulſus inſeruit id eſt innititur: fame id eſt ſequitur famam. Qui etiam ſtupet. i. ſtupore afficitur ⁊ miratur: in titulis id eſt nominibus dignitatum ⁊ in imaginibus quas nobiles: aut in foro aut in ſtēmate habent: ſi ergo populus hoc fecit: quid oportet nos id eſt omnes ſapientes facere remotos longe ⁊ late a vulgo id eſt ab opinione ⁊ errore ſtultoqꝫ iudicio vulgi. Nāqꝫ pro quęſto id eſt poſito ꝙ populus mallet id eſt magis vellet: mandare id eſt committere: honorem id eſt magiſtratū ſeu dignitatem: leuino nobili: ſed ignaro: ꝙ̄ decio nouo id eſt ignobili ⁊ qui nunꝙ̄ prius in honore fuit conſtitutus ꝙ̄uis gnauus ⁊ vtilis eſſet: ⁊ appius cenſor id eſt morum iudex ⁊ corrector moueret ſupple decium: quid ſup. de hoc ſentiendum eſſet. Reſpondet poeta: vel id eſt etiam merito ſine iniuria dicerē ſup. me deponi ⁊ moueri ſi non eſſem natus patre ingenuo id eſt qui neqꝫ ſeruus vnꝙ̄ fuit neqꝫ ex ancilla natus eſt: q: tunc non quieſſem id eſt non quieuiſſem in propria pelle. i. per allegoriā in proprio ſtatu ⁊ ordine. Quidam in tertia perſona legunt: ingenuo ſi non eſſet patre natꝰ. vel merito: quoniam in propria non pelle quieſſet: ⁊ illis facile eſt inuenire ordinem: ſed nos auctoritatem acronis ſequemur. Nā modeſtius de ſe loquitur poeta: ꝙ̄ de ipſo decio: quaſi dicat neſcio quid dicam de decio: ſed me quidem dicerem merito moueri ſi non eſſem nobilis. Sed inquit poeta: nos videmus ꝙ gloria id eſt ambitio ſeu cupiditas glorie trahit: allicit curru fulgente. in quo ſedet: eo ꝙ ſummus magiſtratus curru veheretur non minus id eſt eque ignotos id eſt ignobili genere genitos: generoſis id eſt ꝙ̄ generoſos ⁊ nobiles id eſt omnibus iocunda eſt ipſa gloria: ⁊ omnes tendunt ad eam: vnde dicit conſtrictos eſſe id eſt quaſi a cupiditate naturali coactos ad gloriam appetendam. Reſpondet ad hoc poeta vtens quadam admiratione aut figurata queſtione que reſponſionem non deſiderat. Quo inuidie id eſt ad quā inuidiam: quaſi dicat. ad maximā accreuit tibi o tulli ſumere ⁊c. ⁊ ita illud totū. Sumere depoſitum clauū fieriqꝫ tribunum eſt ſuppoſitum eius verbi accreuit: ⁊ ille genitiuus inuidie regitur ab aduerbio quo: ſicut enī dicimus eo rerum id eſt ad eas res: ⁊ eo inuidie id eſt ad eam inuidiam perueni: ita etiam: quo rerū ⁊ quo inuidie. Quia tñ multi textus habent inuidia accreuit. poteſt eſſe ordo. O tulli qui a ceſare eo ꝙ pompeianus eſſes e ſenatu motus poſt mortem ceſaris ad ſenatoriā tribunitiāqꝫ dignitatem ꝙ̄uis ignobilis eſſes rediſti. Quo. i. quouſqꝫ vel inquantum accreuit tibi inuidia: ſumere id eſt q: ſumpſiſti. Clauum id eſt latūclauum id eſt veſtem ſenatoriam depoſitum. i. quā depoſuiſti iuſſu ceſaris: ⁊ fieri tribunū: quia factus es tribunus: que inuidia eſſet minor priuato. i. ſi manſiſſes priuatus hoc eſt ſine dignitate illa. Sunt qui per clauum intelligunt gubernaculū: eſt enī gubernaculū nauis: ſed melius eſt de veſte ſenatoria que latuſclauus dicitur cū acrone interpretari. Uerum conformior eſſet ordo ſi legatur. Inuidie ꝙ̄ inuidia. Tu legas vti placet. Quia dum ꝗd mihi placeat indico legē alijs non preſcribo.

Acro ¶ Nam vt quiſqꝫ inſanus nigris medium impedijt crus id ē circundedit medium crus: ideo dixit quia altiores ſunt calcei ſenatorum. Clauū: ſenatoriam dignitatē. Nā vt ꝗſqꝫ inſanꝰ cōpatiue dixit ꝗlibꝫ īſipiēs: nouꝰ ignobilis ⁊ cupiēs ſenator: ꝗ cupit rē

Nā vt quiſqꝫ inſanꝰ nigris mediū impedijt crus
Pellibus: vt latū demiſit pectore clauum:
Audit cōtinuo: quis hō hic: aut quo patre natus:
Ut ſi qui egrotet quo morbo barrus: haberi

Ut cupiat formoſus:eat quacunqꝫ:puellis
Inijciat curam querendi ſingula:quali
Sit facie:ſura:quali pede:dente:capillo.
Sic qui promittit ciues vrbem ſibi cure
Imperium fore ⁊ italiam ⁊ delubra deorum:
Quo patre ſit natus nū ignota matre īhoneſtus:
Omnes mortales curare ⁊ querere cogit
Tu ne ſyri:dame:aut dyoniſi filius audes
Deijcere e ſaxo ciues:aut tradere cadmo?
At nouius collega gradu poſt me ſedet vno:
Nanqꝫ eſt ille pater q̄d erat meus:hoc tibi paulꝰ
Et meſſala videris?at hic ſi plauſtra ducenta
Concurrantqꝫ foro tria funera:magna ſonabit
Cornua ꝙ vincat qꝫ tubas:ſaltem tenet hoc nos.

incōmodā vnde pateret. Et hic notat eos q̄ volunt appetere honores quos non habuerunt ſui maiores. Impedijt. dignitatis calciamentis ligauerit. Demiſit pectore. media parte corporis. Audit continuo.a populo. aut inquirentiū eſt aut opprobrantiū hic ſermo. Ut ſi q̄ egrotet. Egrotare morbo dicuntur hi qui habent aliquā cupiditatē. quia oīs cupiditas egritudo eſt. Quēadmodum inquit qui habet curam mechandi:⁊ voluerit videri formoſus:iiecit puellis curā interrogandi quali iuuenis facie ſit:quali dente:quali capillo. ita et is qui promittit ſe curaturū rē publicā facit homines querere de parentibus ſuis. Sic qui promittit. Ordo eſt. Nā ſic qui promittit ciues ⁊ vrbē eſſe ſibi cure cogit omnes mortales de ſe curare ⁊ ſuis natalibus. Tu ne ſyri dame. Senſus eſt. tu qui libertinis es parentibus audes tribunatū adminiſtrare. Ignobiliū quorūdā de ſyria dānato noīe ignobilis quaſi vnus de populo verba ad eū facit qui cupit et genere humili ad honores ⁊ imperiū peruenire. Deijcere e ſaxo ciues.a.t.c. Cadmus fuit carnifex note crudelitatis. Dānati aūt de tarpeio monte precipitabantur. At nouius collega.g.p.m.ſ.v. quaſi reſpondentis verba ſunt. Nāqꝫ eſt ille.pater quod erat meus.i.eques romanus ſiue liber. Ad perſonā ſuā rettulit poeta. Hoc tibi.hac ratione. Rurſum interrogantis eſt modo. Hoc tibi.paulus ⁊ meſſala optimi fuerunt illius tpis aduocati:⁊ nouius q̄uis garrulus:vocis tñ gratia pene exercitus agere videbatur. Senſus ergo eſt. Ideo videris tibi paulus ⁊ meſſala: quia nouiū vno gradu precedis. Alijs placet nouiū preconē fuiſſe:⁊ vocis merito patrimoniū acquiſiuiſſe. vt ſit ſenſus. hoc tibi ergo videris meſſala ⁊ paulus quia precedis preconē. hoc loco docꝫ vitandā eſſe arrogantiā. At hic ſi plauſtra ducenta. Modo reſpondet ſubiectioni. Magna ſonabit aut magna funera aut magna ſonabit pro magne. Ut Uirgiliꝰ. Infanda ſo. Ordo eſt. ꝙ vincat cornua ⁊ tubas. Saltē mouet hoc nos.electos eloquentia.i.propter hoc nos delectet ꝙ eſt orator. hoc ſolū inquit Horatiꝰ. ꝙ indignatio aut cohibet nouiū in equeſtri ordine ſedere ꝙ aduocatus eſt ⁊ magne vocis. Aut ipſe nouius habet clarā vocē ſaltē hoc ſtamus qui licꝫ aduocationem habeat:tamen in quattuordecim gradibus locatus eſt.

Nā vt quiſqꝫ ⁊c. Oſtēdit quō magiſtratꝰ oīs inuidie ſubiacet ⁊ quō multi dū ſine merito gloriā affectāt infamiā incurrūt. Nā exiſtētiū in nouo magiſtratu vita ⁊ genꝰ inquirit. priuatorū aūt latere ſolet. Periphraſticos aūt.i.circūlocutorie deſcribit magiſtratꝰ aditionē. Nā nigra calciamēta lunis inſcripta:itē ad mediū vſqꝫ crurꝫ porrecta olim ſolis nobilibus ⁊ ī magiſtratu exiſtētibꝰ cōpetebant. Sicut ğ barrꝰ pditi amoris iuuenis:dū cōptꝰ atqꝫ cultꝰ ſe p vicos puellis oſtētabat vt formoſus iudicet. oībꝰ curā inijciebat inq̄rēdi q̄li facie. ſura. pede. dēte atqꝫ capillo eſſet ita eoꝝ q̄ p magiſtratꝰ aditionē nobiles haberi volūt vita ac genꝰ īueſtigat. atqꝫ ſi ſeruilis aut ignobilis alioq̄n ꝯditiōis inueniunt ab oībꝰ deſpiciunt. diciturqꝫ eis ſingulis. tu ne filiꝰ ſyri dame aut dionyſi.i.alicuius ſerui aut ignobil:audes ciues aut nobiles deijcere e ſaxo capitolino. vbi ſcies ꝙ q̄ magiſtratū aliquē doloſe aut factioſe tentabāt adire ſolebāt dephenſi e ſaxo capitolino p̄cipitari:quadā iuſta rōne:q̄ ſancitū eſt vt q̄ nimis ſublimari voluit cogat humiliari dū p̄cipitat. Sꝫ qꝛ (dicit em̄ Iuuenalis ſatyra.ij. Loripedē rectꝰ derideat ethiopē albꝰ ⁊c) Nemo aliū corrigere opportune pōt in q̄ ipe corrigēdꝰ eſt:iō ignobilis ꝯſtitutꝰ in dignitate non videt auctoritatē hre p̄cipitādi eos q̄ ſilem dignitatē affectant. Textꝰ fere hūt ſyridame p vna dictiōe

~~ASLEN~~.

ego vero arbitroꝛ cū diſtinctōe legēdū eſſe. ſyꝛi. dame aut dionyſi filiꝰ. vt ſint tria noīa. Nā ſyꝛū ſeruū ex ſyꝛia vocare ſolēt comici. Damā aut alibi vilē ⁊ ignobilē teſtat̄ poeta. Dionyſius aūt hūilis ꝯditiōis fuit. Cadmꝰ aūt ſm̄ Acronē ⁊ Porphirionē crudeliſſimꝰ tortoꝛ ſeu carnifex fuit. Sūt aūt q̄ legant camo. i. vinculo. de quo in pſalmo. In camo ⁊ freno ⁊c. Leges aūt deijcere e ſaxo. Nā alit̄ verſus nō ſtaret ꝗuis latinitas bona eſſet. At nouꝰ collega ⁊c. hūc locū varie intellectū video. pꝛimo ſic. vt is q̄ a pplo rephēdit̄ ꝙ cū eſſet filiꝰ libertine ꝯditōis auderet accipe impiū ⁊ auctoꝛitatē puniendi ciues atꝫ nobiles. rn̄deat pplo. verū eſt ꝙ ſim filiꝰ dame aut dionyſi aut ſyꝛi: ſ; tn̄ ſum nobilioꝛ ꝗ̄ nouꝰ. qꝛ ip̄e ſedet vno gradu poſt me. eſt eñ libertinꝰ ſicut pater meꝰ cū ego ſim liber. Rn̄det pplus. Nōne hoc. i. ꝓpter hoc ꝙ nouiū p̄cedis in dignitate videris tibi paulꝰ aut meſſala. i. nobiliſſimꝰ iuriſcōſultꝰ: q̄ſi dicat ppl's. Nō multū eſſe viciſſe nouiū hoīem libertine ꝯditiōis ⁊ ignauū. Ad hoc rn̄det rephenſus ꝓtendēs magne gl'ie eſſe p̄cedere nouiū cū ſit vir excellētis virtutꝫ in clamādo. Nā vocē habuit tā magnā ꝙ licet ducēta plauſtra ⁊ tria funera. i. pompe funebꝛes in foꝛo ꝯcurrerēt ip̄e vinceret coꝛnua ⁊ tubas q̄bꝰ in funere vtebantur. Et ita ſine dubio poeta ſatyꝛice carpit nouij vehementē garrulitatē. ⁊ opinoꝛ hanc eſſe mentē poete. Alij tn̄ qꝛ certū eſt Horatiū fuiſſe libertino patre natū: ⁊ qꝛ in textu ponit̄ me cum dicit̄ poſt me ſedet. ideo volūt ꝙ poeta de ſe loquat̄. ſ; nō ꝓcedit. qꝛ imediate infert. nūc ad me redeo. ſignificans ſe nō loqui de ſe: ſed de eo quē ppl'us eo ꝙ libertine ꝯditiōis eſſet rephenderat magiſtratū adijſſe. Aduerte aūt ꝙ nōnulli volūt nouiū eē ficticiū nomē quaſi dicat̄ nouꝰ hō. vno gradu. Lata poſt erat lex vt nemo ī q̄tuoꝛdecim p̄mis gradibꝰ theatri ſederet q̄ nō haberet cenſum equeſtrē. i. q̄draginta ſeſtertia. vn̄ euenit ꝙ multi ignobiles etiā lenonū pueri cenſum equeſtrē habētes tp̄e domitiani (vt cōquerit̄ Iuuenalis) ſederēt in illis gradibꝰ: vn̄ nobilium pueri ⁊ ip̄i nobiles paupes eiecti erāt. videt̄ aūt tempoꝛe Horatij ratio dignitatis habita. vt ingenuꝰ p̄cederet libertinū ⁊ libertini filiū. libertini filiꝰ libertinū. ⁊ filiꝰ ingenui filiū libertini. oēs aūt ad equeſtrē oꝛdinē ꝓuecti illic locū habuerūt. vn̄ dicit̄ Collega. i. eiuſdē oꝛdis ſc; equeſtris. Funꝰ dicit̄ pōpa illa q̄ in ſepeliēdis nobilibꝰ exhibebat̄ ⁊ videt̄ a funalibꝰ. i. funibꝰ picatis aut ceratis ⁊ incenſis nomē accepiſſe. Saltē tenet hoc nos reoꝛ eſſe ironicā reſponſionē populi dicētis. ſaltē hoc nos ſolat̄ vt ſuſtineamꝰ. alioq̄n indignarent̄ ꝙ libertinꝰ equeſtrē oꝛdinē teneret. vel eſt rn̄ſio cōſimilis poete. Oꝛdo eſt. Nā ꝓ qꝛ. vt ꝓ poſtꝗ̄ quiſꝗ. i. quicūꝗ inſanꝰ. i. ambitiōe inſaniēs. impedijt. i. cinxit mediū crus. i. genua. nigris pellibꝰ. i. mollibꝰ ocreis nigri coloꝛis crura vſꝗ ad genua ambientibꝰ q̄ hodie in vſu plurimo ſunt etiā ignobilibꝰ. ſed aduerte ſignate dictū eſſe impedijt crus. Nā q̄bꝰ ſe nobiles oꝛnāt q̄ lento gradu incedere poſſunt. ignobiles ſe ip̄ediūt. Eſt aūt ip̄edire pedes aliquo ip̄licare ne ꝓcedāt. vn̄ oīs ꝓhibitio ꝓſperi ꝓceſſus rei dicit̄ ip̄edimentū. Cōtrariū aūt ſignificat expedio. qđ eſt extra ip̄edimentū pono. Notū aūt puto verſū ita legi debere nigris mediū ip̄edijt crus. nō nigris ip̄edit mediū crus. ⁊ vt ꝓ poſtꝗ̄ demiſit. i. deoꝛſum. pectoꝛe de pectoꝛe latū clauū. i. veſtē ſenatoꝛiā. Audit continuo quando incedit per viā publicā a ſeſſoꝛibus percunctari. quis homo eſt hic: aut quo patre eſt natus ? vt quēadmodū ſi ille ſupple qui egrotet. i. laboꝛet eo moꝛbo. i. ea egritudie animi. hoc eſt ſtultitia. quo moꝛbo barrus ſupple egrotauit. qui ſtultus in amoꝛibus puellarū eis complacere ſtuduit. vt ſc; cupiat haberi. i. reputari a puellis foꝛmoſus. ip̄e iniciat puellis quacūꝗ. i. per quācūꝗ viā eat curā. i. ſollicitudinē querendi. i. ſcrutandi ſingula ſupple membꝛa eius. vtpote quali facie ſit. i. qualē aſpectū habeat. quali ſura ſit. eſt aūt ſura illud carnoſum quod eſt poſt tibiam ſub poplite. poples aūt eſt contra genu flexura illa. ⁊ ſolent homines foꝛtes ⁊ pulchꝛa crura habētes ſuras magnas ⁊ eleuatas habere. Itē quali pede ſit. quali dente. ⁊ quali capillo. i. qualibus dentibus. pedibus. capillis. Sic. i. eodē modo ille ſupple qui pꝛomittit. i. pollicetur ambitioni ſue ciues. vꝛbē. imperiū. italiā. i. totā illā regionē. ⁊ delubꝛa. i. templa deoꝝ vel poꝛticus temploꝝ foꝛe. i. futura eſſe ſibi cure. i. a ſe curanda: eo ꝙ magiſtratū talē gerat. vt cenſoꝛ qui regit ciues ⁊ moꝛes ciuiū. ediles vꝛbē. i. edes in vꝛbe. dictatoꝛes. conſules imperatoꝛes. imperiū. ⁊ ſic de alijs. cogit id eſt ip̄ellit. omnes moꝛtales. i. homines cuiuſcūꝗ ſexus ⁊ foꝛtune ſint curare ⁊ querere quo patre ſit natus. Nū. i. an ne ſit inhoneſtus. i. ignobilis ⁊ minus honoꝛandus matre ignota. i. ꝓpter ea ꝙ mater ſit ignobilis. Dicit eñ populus quando intelligit aliquē ignobilē accepiſſe iuriſdictionē in ipſos ciues ⁊ nobiles. Tu ne. i. numquid tu ſupple exiſtens filius. ſyꝛi. i. alicuius ſerui ex ſyꝛia. aut dame. i. alicuius ſcurre ſicut dāma fuit. aut dionyſi pꝛo dionyſij. i. alicuius paraſiti audes deijcere. i. deoꝛſum iacere. hoc eſt pꝛecipitare e ſaxo ſupple capitolino. ciues: qui ſc; ſiniſtre affectabant magiſtratū. aut tradere ciues. cadmo. i. illi toꝛtoꝛi ⁊ carnifici crudeliſſimo pꝛe-

cipitandos. aut tradere camo. id eſt vinculo ⁊ carceri. Reſpondet reprehenſus populo. At pro ſed. hoc eſt. ꝗuis ſim ignobilis: ſum tamen nobilior nouio. ⁊ ita poſſum hunc magiſtratum hene adire. Nam nouius vir ille libertinus collega. i. mecum in equeſtri ordine conſtitutus: ſedet poſt me in theatro ⁊ foro. vno gradu. Nanqꝫ pro quia. ille ſcꝫ nouius eſt ſupple illud quod pater meus erat. hoc eſt libertinus. Reſpondet populus indignatus ꝙ propterea ſe magni pendit ꝙ nouium precederet ⁊ querit. Nunquid tu videris tibi paulus ⁊ meſſala. i. nobiliſſimus iuriſconſultus. hoc id eſt propter hoc ꝙ nouium precedis? Reſpondet iterum reprehenſus. At pro ſed quaſi dicat. attamen ꝗuis propterea non ſim paulus aut meſſala: tamen glorioſum eſt talem virum precedere. Nā hic videlꝫ nouius ſi ducenta plauſtra. i. currus habentes rotas ferratas: ⁊ tria funera. i. tres pompe funebres inſtructe ſolenniter cōcurrant. i. ſimul ſint in foro. ipe tū ſonabit ſupple tā magna. i. tā magne ⁊ tā alte (eſt eñ nomē pluralis numeri pro aduerbio poſitū. Nec pōt eē ablatiui caſus vt indicat verſus) ꝙ vincat. i. excedat cornua ⁊ tubas que inſiant in pompis magni funeris. Reſpōdet pplꝰus vel poeta ironice. ſed meli⁹ pplꝰus ſi mihi credis. ſaltē hoc. i. hec res ꝙ tam vehementem vocem habet. tenet nos. i. contentos facit.

Nunc ad me redeo libertino patre natum.
Quem rodunt omnes libertino patre natum.
Nunc quia ſim tibi mecenas conuictor: vt olim
Qđ mihi pareret legio romana tribuno
Diſſimile hoc illi eſt: quia non vt forſan honorem
Jure mihi inuideat quiuis: ita te quoqꝫ amicum
Preſertim cautum dignos aſſumere: praua
Ambitione procul: felicem dicere non hoc
Me poſſum caſu: ꝙ te ſortitus amicum.
Nulla etenim mihi te fors obtulit: optimus olim
Virgilius: poſt hunc varius dixere quid eſſem
Ut veni coram ſingultim pauca locutus:
(Infans nāqꝫ pudor prohibebat plura profari)
Non ego me claro natum patre: non ego circum
Me ſatureiano vectari rura caballo:
Sed quod eram narro. reſpondes vt tu⁹ eſt mos
Pauca. abeo: ⁊ reuocas nono poſt menſe: iubeſqꝫ
Eſſe in amicorū numero. magnum hoc ego duco
Qđ placui tibi qui turpi ſecernis honeſtum.
Non patre preclaro: ſed vita ⁊ pectore puro
Atqui ſi vitijs mediocribus ac mea paucis
Mendoſa eſt natura: alioquin recta. velut ſi
Egregio inſperſos reprehendes corpore neuos
Si neqꝫ auariciam neqꝫ ſordes aut mala luſtra

ACRO.

¶ Nūc ad me ⁊c. Rodūt. lacerāt maliloquio. Conuictor. p eo qđ ē ɔuiua. Ut olim qđ mihi pareret. legio romana. Sēſus ē in iſtis ꝟſib⁹ ſatis obſcurus. verū rōne hac pōt fieri manifeſtus. Forſitan tribunat⁹ mihi iuidiā parere debuerat. q: fortune bone merent inuidiā. q: caſu quodā indigni perueniunt ad honores. virtus vero carere debet inuidia. Vera eñ virtus eſt ⁊ certi meriti mecenas tuo iudicio cōprobari. Quia nō vt forſan honorē. i. non ita iure mihi inuideant ꝙ ſum amic⁹ ⁊ conuiua: quēadmodū forte iure inuiderēt ꝙ fui tribunus. Nam ad amiciciā tuā non felicitate: ſed merito ꝑueni. felicitati autem inuidendum eſt non merito. Jta te quoqꝫ amicum Preſertim cautum. Cum ſis cautus ⁊ peritus ad amicos eligendos. Dignos amicos. q̇ ſunt longe a praua ābitōe. Nō hoc me poſſum caſu. i. neqꝫ caſu aliquo nec beneficio fortune fact⁹ ſuꝫ tibi amic⁹: ſꝫ bñficio meo. Singultim pauca locut⁹. cum interuallo interruptis verbis impediente verecūdia. quia qui pudorē habet non multū loquitur vt infans. Non ego me claro. Ordo ē. Nō ego narro me circum rura vectari caballo ſatureiano. Satureiani fundi ſūt in appulia fertiles ⁊ equorū nobiliū genitores. Nono poſt menſe. vt longo poſt tempore venit. vt appareat diu exploratum:

Obijciet vere quiſꝙ̃ mihi: purus ⁊ inſons
(Vt me collaudem) ſi ⁊ viuo charus amicis
Cauſa fuit pater his: qui macro pauper agello
Noluit in flaui ludū me mittere: magni
Quo pueri magnis e centurionibus orti
Leuo ſuſpenſi loculos tabulaꝗ̃ꝫ lacerto
Ibant: octenis referentes idibus era.
Sed puerū eſt auſus romā portare docendū
Artes quas doceat quiuis eques atꝗ̃ꝫ ſenator
A ſe prognatos: veſtē ſeruoſꝗ̃ꝫ ſequētes
In magno vt populo ſiquis vidiſſet: auita
Ex re preberi ſumptus mihi crederet illos.
Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus: omnes
Circum doctores aderat. quid multa? pudicum
(Qui primus virtutis honor) ſeruauit ab omni
Non ſolum facto verū opprobrio quoꝗ̃ꝫ turpi.
Nec timuit ſibi ne vitio quis verteret olim
Si preco paruas aut vt fuit ipſe coactor
Mercedes ſeq̃rer: neꝗ̃ꝫ ego eſſem q̄ſt⁹: ob hoc qꝫ
Laus illi debetur ⁊ a me gratia maior.

ad amicitiam admiſſum diſplicere non poſſe. Magnū hoc ego duco id eſt gratum mihi erat ꝙ placui tibi: nō propter nobilitatem parentū: ſed ꝓpter meritū conuerſationis mee. At qui ſi vitijs. Ordo eſt. Et ſi mediocrib⁹ et paucis vitijs reprehendēda ē vita mea: attamen in q̇buſdam eſt laudanda. Hyperbaton tale eſt. At qui ſi vitijs careo ⁊ probate ſum vite: his bonis pater cā eſt. Velut ſi egregio. Comparat vitam ſuam formoſo vultui aſpſo neuis. Aut mala luſtra. Luſtra ferarū cubilia ſunt: et q̄m meretrices lupe dicuntur: hīc hoc nomine lupanaria appellauit. Et q̃re mala? ad differentiā illoꝝ vbi preda videtur incluſa. Luſtra nō ſolum ferarū dicunꝭ cubilia: ſed ⁊ popine ī quibus ſcorta ſunt ⁊ illecebre libidinum. Purus ⁊ inſons vt me collaudem. Ordo. ſi neꝗ̃ꝫ auariciā in me rep̄hendis neꝗ̃ꝫ tabernas ⁊ amicꝭ meis charus ſum: inſons ſum ⁊ innocens vt me collaudem. Cauſa fuit pater his: harū rerum: harum virtutum pater cauſa fuit: vt ſim innocens ⁊ amicis charus. Quod dixerat. Nō patre preclaro: ideo hoc ſubiecit. Hoc ē quē alij ignobilem obijciunt: ille hec contulit que amplius in ſe contineant ꝙ̄ pater preclarus. Noluit in flaui ludum. Flauius q̇dam fuit illis temporibus calculator. Suſpenſi loculos. hypallage. Non ipſi ſuſpenſi: ſed ſuſpenſos loculos habentes. Tabulam. buxum in quo meditantur ſcribe. Octenis referentes idib⁹ era. Nummos pro mercedibus: octonos aſſes eris: q̄ ante idus mercedes dabantur. Artes quas doceat doceri faciat: vt quos illi dedala circe / Suppoſita de matre nothos furata creauit. Veſtem ſeruoſꝗ̃ꝫ ſequētes: ita me honeſte tractauit: vt ſiquis me vidiſſet putaret me maiorib⁹ meis eē nobilem atꝗ̃ꝫ diuitem. Incorruptus: ad comparationē alioꝝ: q̄ interdū vt luxurientur ſcholaſtici donis ſtudent ſuos corrumpere pedagogos. Pudicum (qui primus virtutis honos) ſeruauit. Quia pudicicia ſummū bonū eſt. Ab omni nō ſolum facto verum opprobrio. Non ſolum ſeruauit me a turpi facto: ſed etiam a fama. Nec timuit ſibi ne vitio q̇s. v. o. Nec timuit inq̇t: ne ſibi ꝓ vitio quis obijceret ſi me inſtituiſſet vt eſſem preco aut coactor: qđ ipſe fuit. Precones dicebantur qui ſtabant ad oſtia: enunciabant em̄ precia oblata. Coactores autem mercenarij eoꝝ q̇ habebant argentariā. Sunt autem argentarij q̇ habent ſummā diuitiarū a quo accipiunt forani. Coactor qui exigit nūmos a circūforaniſ. Coactores dicūtur argentarij in auctionibus qui pecunias cogant: ipſi ſunt connectarij. Ad hec em̄. Alij ad hec legunt: vt ſit: ad hec que preſtitit

ASLEN. alij ob hoc ſcilicet me peniteret: q̄ patrē habui operarium ⁊ libertū: q̄ vir bonus fuit.

¶ Nunc ad me redeo. Oſtenſum eſt quō qui ex humili progenie nati ſunt debent in ſuo ſtatu permanere ſi volunt inuidiā ⁊ odium nobilium effugere: Nam merito quodāmodo videnꝭ odio proſequendi qui altiorem gradum ꝙ̄ generi ſuo cōueniat: affectant aut ſortiti ſunt. Non em̄ virtus: ſed fortuna dignitates largiꝭ: qđ liquido cōſtat. Nam ſi virtuti neceſſario darentur (ſicut

dari deberent) dignitates: ſequeretur ꝙ vt quiſqꝫ optime viueret: ita maximam obtineret dignitatem: cuius contrariū videmus. Nunc ergo oſtēdit auctor noſter exemplo ſui differētiam inter ea que fortuna nobis obijcit: ⁊ q̄ certo merito ⁊ ratione obtinemus: dicens ꝙ qꝛ natus eſt humili patre: vt pote libertino ⁊ precone: ideo potuerūt plurimi ſibi inuidere ꝙ olim a marco bruto tribunuſmilitū factus eſſet: qꝛ hoc ſupra genus ſuū fortuitu euenerat. Verūtamen īmerito inuiderēt ꝙ mecenatis amicitiā nactus ſit. nam eā per virtutē: nō per caſum aut aſtutiaꝫ obtinuerat. Non enī mecenas talis erat q̄ aliquē indignū in amicorū numerū aſſumeret. Qđ vero maturo iudicio aſſumptus ſit: probat ex multis. primo qꝛ optimorū virorū cōmendatiōe quales ſunt Virgilius ⁊ varius q̄ nollent aliquē indignum cōmendare. Secūdo qꝛ nō lepore aut venuſtate lingue placuit: ſed ſola virtute: nam cū primū oblatus eſſet mecenati: vix loqui potuit: et genus ſuū profeſſus eſt. Tertio qꝛ nō ſubito motu aſſumptus eſt: ſed poſt interuallū nouē menſium. Unde concludit poeta magnū eſſe tali viro placuiſſe qui ſcit ſecernere honeſtū a turpi ⁊ hoc nō propter generis nobilitatē: ſed ꝑpter vite ⁊ conſcientie puritatē: tametſi pauca ⁊ mediocria vitia fortaſſis habeat: que ſic tolerari debēt: queadmodū neui. i. parue macule in formoſo corpore. Nam candida corpora plerūqꝫ neuos inſperſos habēt. Nec tū ideo ſunt contēnenda. ¶ Si neqꝫ auariciā ⁊c. Cauſa fuit pater his ⁊c. Quia vero patris ignobilitatem ꝓfeſſus eſt: poſſet quis dicere nō veriſimile eē ꝙ habeat probos ⁊ ingenuos mores ob quos fuerat a mecenate ſuſcipiendꝰ. Virtutes eiꝰ ⁊ ſcientie eruditione bona atqꝫ ſtudio diligēti acquirūtur: quapropter cum fuerit pauper ⁊ ignobilis pater eius: nō videtur probabile ꝙ filium ſuū erudiri fecerit. Ad hoc reſpondet poeta: oſtendens ſe beneficio ⁊ cuſtodia patris a magnis vitijs īmunem euaſiſſe: ⁊ ab eodē ad ludum ſeu ſcholas bonarū artium quas equitū ⁊ ſenatorū filij addiſcere deberent adductū eſſe in tam honeſtis veſtibꝰ: ⁊ tam frequenti comitiua: ꝙ qui eū ſic vidiſſet crederet eū tales ſumptus ex rebus aui ſui ſibi derelictis facere. Qđ ſi quis dicat: hoc vitio eſſe dādum patri qui ſupra vires patrimonij ac rerum ſuarū filium erudiri fecerat: qm̄ conſultius videtur pecunias quas in erudiendo filio abſumpſit illi poſſidendas relinquere: ne filiꝰ ob inopiā cogatur idem vile officiū exercere qđ ipſe pater exercuit. Ad hoc reſpōdens poeta dicit ꝙ pater hoc non timuit. qꝛ nō putauit turpe eſſe filio liberaliter erudito parua lucra ſectari. In quare dat nobis poeta bonam doctrinā vt ſimus diligentes ⁊ nō parci circa liberorum eruditionē pecunie enī deperdite redimi ⁊ recupari poſſunt: ſed tempus adoleſcentie volat irrecupabile. Monet etiā vt laudatuꝫ preceptorem filijs noſtris deligamus: qui eos ad virtutem et bonos mores: non ad auaritiā inſtruat. Nam licet illis tēporibus omnes in dignitate conſtituti docti erant ⁊ periti litterarū: tamen diuites qui filios ſuos magis ad diuitias accumulādas q̄ ad honores deſtinabant: ſolebant eos mittere ad calculatores id eſt ad eos qui calculis ſeu denarijs proiectilibus docebant computare ⁊ ſummas ex varijs precijs colligere: vt ſcilicet ſciant arteꝫ ſcribendi ⁊ computandi: per quā poſſent ſcire precia rerum particulatim vendendarū: ſicut hodie plures tales ludi aperiuntur: in q̄bus mercatorū filij eadem addiſcunt. Nobilium aūt pauci erudiri cupiunt. ¶ Ordo eſt. Ego redeo nunc ad me natū patre libertino: quē omnes rodunt. i. latenter carpunt ⁊ diffamant tanq̄ natum libertino patre. ⁊ dico ſup. ꝙ o mecenas: qꝛ ego ſim nunc tibi cōuictor id eſt aſſidue tecum viuens: ⁊ ꝙ legio romana. i. certa portio exercitus romani pareret olim: qm̄ ſub bruto tribunuſmilitū eram. mihi tribunomilitū: hoc ſcilicet eſſe amicuꝫ ⁊ conuictorem tuū. eſt diſſimile illi. ſ. quo eram tribunuſmilitū: qꝛ vt id eſt quō: quiuis id eſt quicunqꝫ inuideat id eſt poſſit inuidere mihi forſan iure. i. merito: honorem id eſt dignitatem tribunatus: non ita id eſt nō eodem modo inuideat ſup. mihi iure: quoqꝫ id eſt etiam te amicuꝫ id eſt ꝙ te habeam amicū: preſertim. i. precipue te exiſtentē cautum id eſt prouidum: aſſumere. i. in aſſumendo: dignos amicitia exiſtentes. ſ. procul. i. longe a praua id ē iniuſta ⁊ pernicioſa ambitione id eſt cupiditate honoris. Cauſam addit: qꝛ ego non poſſum me dicere felicem: caſu id ē caſualiter ⁊ fortuna: hoc id eſt in hoc ꝙ ſum ſortitus te amicum: ⁊ enī: qꝛ certe nulla fors id eſt nulla fortuna: ⁊ caſualis euentus obtulit mihi te: ſed Virgilius optimus ⁊ integerrimus vir q̄ non vellet mentiri: ⁊ varius etiam optimus vir dixere id eſt dixerunt tibi quid eſſem. Virgiliꝰ ſup. dixit olim id eſt multo ante ⁊ varius poſt hunc. Ut id eſt poſtq̄ veni coram ſupple conſpectu tuo: ego locutus pauca ſcꝫ verba: ſingultim id eſt per interualla ſicut faciunt ſingultantes (nanqꝫ pro qꝛ: pudor id eſt verecundia: infans id eſt competens infantibus: vel faciens me infantem id eſt neſcientem loqui prohibebat profari id eſt proloqui plura) non narro me natum claro patre vectari id eſt frequenter: vehi caballo id eſt ab equo belligero ſatureiano id eſt in ſa

tureianis fundis appulie vbi optimi ſunt equi:nato:circum rura.ſicut faciūt nobiles qui potē-
tiam ſuam oſtentant equitando frequēter circum villas ⁊ pagos:ſed narro ſup.me eſſe illud qđ
eram.tu o mecenas reſpondes pauca ſicut tuus mos.i.tua conſuetudo eſt:⁊ ego habito reſpō-
ſo.abeo id eſt diſcedo:tu reuocas me poſt.i.poſtea:nono menſe:hoc eſt poſt nonū menſem: vel
iam nono exiſtente menſe:⁊ iubes me eſſe in numero amicorum tuorū.Ego duco.i.reputo:eſti
mo hoc eſſe magnū ꝙ placui tibi qui ſecernis.i.ſegregas ⁊ diſcernis:honeſtum.i.virum hone
ſtum vel rem honeſtam a turpi.At qui ſed certe ſi mea natura eſt mendoſa.i.contaminata me-
diocrib⁹ ac paucis vitijs.Ipſa eſt alioquin id eſt aliter hoc eſt a magnis ⁊ multis:recta.i.impol
luta:q: neq₃ magna neq₃ multa habeo vitia:vnde ſic me reprehendes velut ſi reprehendas ne-
In prepoſitio uos.i.paruas maculas inſperſos corpore egregio id eſt preter cetera formoſo.Aduerte grāma
tice melius legas inſperſos:vt ſit dictio compoſita ꝙ in ſparſos.Nec obſtat ꝙ compoſitum cū
hac prepoſitione in ſepe datiuū regit.Nam virtute propoſitionis etiam ablatiuū regere pōt:
vt quarto enei.herent infixi pectore vultus ⁊c.ſic ⁊ hic inſperſos corpore.Egregium autem di-
citur qđ eſt extra gregem.i.vulgarem multitudinē.hoc eſt qđ cetera ſui generis excedit.Si qſ
ꝙ non obijciet mihi vere auariciā in nimis auide acquirendo:neq₃ ſordes in nimis ſordide ex-
pendendo:neq₃ obijciet:luſtra.i.lupanaria:mala id eſt nociua ⁊ pernicioſa.Si inquam(vt me
collaudem:hoc eſt dato ꝙ liceat mihi me collaudare)viuo purus ⁊ inſons ab hmōi magnis vi
tijs ⁊ ſi viuo charus id eſt iocundus ⁊ acceptabilis amicis meis:pater meus quem alij propter
ignobilitatē generis vilipendunt fuit his rebus:vel his virtutibus quas habeo:⁊ fuge vitioꝝ
que non habeo:cauſa qui ſc₃ pater exiſtens pauper in agello macro:⁊ per hoc infecundo.nolu-
it me mittere in ludum.i.ſcholas ſeu locum exercitij litterarij:flaui(pro flauij more ſuo).i.illi-
us calculatoris ⁊ arithmetici:quo.i.ad que₃ ludum:magni.i.nobiles ⁊ potentes pueri:orti id ē
nati ex magnis centurionibus ibant ſuſpenſi:leuo.i.ſiniſtro lacerto.i.brachio. i. habentes ſuſ-
penſos ſub leuo brachio loculos id eſt ſacculos in quibus habebant calculos.i.paruos lapillos
vel denarios proiectiles quibus faciebant computum:ꝙ pro et tabulam ceratam in qua ſcribe
bant varias debitoꝝ aut preciorum ſummas quas in vnā generalem redigebant:ibant inquā:
Menſiū noia referentes.i.portantes ad preceptorem ſuū:idibus octenis.i.que in ſingulis menſib⁹ octo ſunt
⁊ eorū nature. era id eſt ſcholaſticam mercedem.Nota ꝙ omnes dies menſium tribus nominibus ſignifican
tur:aut eñi calende ſunt aut none:aut idus.Primus autem cuiuſlibet menſis dies calende dicū
tur ſequentes quattuor in octo menſibus:⁊ ſex in quattuor menſibus:qui notantur per hāc vo
cem immo:vt per i.iulius.per m.martius.per m.maius.⁊ per o.october.⁊ poſt nonas in ſingu
lis menſibus octo ſunt idus:⁊ ideo dixit octenis idibus.Poſt idus autem ſequūtur calende ſe-
quentis menſis.Sed ne titubes puer ſcies ꝙ multi dicunt vnum dūtaxat diem eſſe calendarū
vtpote primū menſis:vnum nonarum:vtpote ſeptimū in dictis quattuor menſibus ⁊ quintum
in reliquis octo.vnum etiam iduū vtpote.xv.in dictis quattuor menſibus ſex nonas habenti-
bus ⁊.xiij.in reliquis.Et ideo quando ipſo die calendarum nonarū aut iduum factum ſignifi-
cas pones in in ablatiuo dicens.Calendis.nonis.idibus ianuarij vel ianuarijs:quādo vero a-
lio die factum eſt videbis an ſit ante calendas an ante nonas:an idus.⁊ hoc habito: computa-
tabis quotus dies ſit ante illas ⁊ pones in ablatiuo numerū diei ſi loqueris ſine prepoſitione:
nomen autem calendarū nonarum aut iduum pones frequenter in accuſatiuo:interdum tamē
ſi vis in genitiuo:vt qđ factum eſt ſecundo die ianuarij:dices factū eſſe quarto nonas vel no-
narum ianuarij.Et cauſa huius eſt:q: cū dicis quarto nonas:ſenſus eſt.quarto die ante nonas
includendo tamen diem nonarum:⁊ hoc ſm eos qui dicunt vnum tm̄ diem nonas dici.vel q̄r-
to die inter nonas:vel quarto die nonaru₃ dicendo quattuor vel ſex eſſe nonas.Et ita regitur
accuſatiuus v̾tute prepoſitionis:inter vel ante ſubintellecte:⁊ genitiuus virtute huius nomi-
nis die.Scies preterea ꝙ q: ſicut prius dictū eſt tempus in quo aliquid factum eſt ponitur in
ablatiuo:ideo dicimus quarto nonas:non quartū.Verūtamen licite dixeris ad quartu₃ nonas
⁊ eſt hec ſola differentia ꝙ dicendo quarto nonas ſignificas aliquid factum vel dictum eſſe p̄-
cipue eo die qui eſt quartus inter nonas:ſed dicendo ad quartum nonas īnuis te neſcire certū
diem:ſcire tamen ꝙ ſit apud vel circiter quartum diem ante nonas.Tertio ſcies ꝙ q: nomina
menſium ſunt adiectiua ⁊ maſculini generis propterea ꝙ hoc nomen menſis eſt maſculini ge-
neris:ideo poſſumus dicere quarto nonas ianuarij vel ianuarias:ianuarij ſi ſubintelligatur il
le genitiuus menſis.ianuarias ſi referatur ad ly nonas.Quarto ſcies ꝙ nō dicimus.primo no
nas idus aut calendas:ſed nonis idibus aut calendis.Nec dicemus ſecūdo:q: ſecundus dicit a

ſequendo:modo intelligimur loqui:de die precedenti:⁊ ideo dicemus pridie hoc eſt die precedē
te.⁊ ſimiliter in accuſatiuo vel in genitiuo: vt pridie nonas:vel pridie nonarum:pridie hui⁹ diei
pridie illius diei.Quinto ſcies ꝙ licet forte liceat dicere expreſſa prepoſitione quarto poſt no-
nas:tamen q: viſitatius eſt reſpicere ad diem ſequentē ꝗ ad precedentez:ideo melius dices qr
to iduū:quia ille qui eſt quartus poſt nonas:eſt etiam quartus ante idus.Una tamen eſt dictio
qua viſitate vtimur reſpiciendo ad diem precedentem videlicet poſtridie:⁊ ⁊ hoc cum in geni-
tiuo vel accuſatiuo.vt poſtridie nonarū vel nonas:hoc eſt die poſteriore nonarum vel die proxi-
mo poſt nonas.Scies vltimo ꝙ pridie ⁊ poſtridie reſpectiua ſunt:⁊ ideo nunꝗ ponuntur ſine
correlatiuo tacito vel expreſſo.Unde non dices:ego veniam poſtridie ad te.Non eñ idem eſt
qd cras:ſed dices:ego veniam poſteridie nuptiarū mearum ad te.vel poſtridie ꝗ ciuitatem in
trauero ad te veniam:vel ad te veni.Nam tam de preterito ꝗ de futuro ponitur.Et ſimiliter di
cendum eſt de pridie.Non eñ eſt idez qd heri:ꝗuis econuerſo heſternū licenter ponatur ꝓ pri
diano.Hec autem apud laurentiū de valla ornatius dicuntur.Hic autem vbi familiares eē ſtu
demus:ſi non fallimur multo apertius ⁊ clarius habita ſunt.Nunc ad ordinem redeam⁹.ibāt
inquā pueri centurionum referentes.i.portantes(re eñ vacat)octenis idibus.i.ſingulis mē
ſibus in ipſis idibus que vbiqꝫ octo ſunt:era.i.mercedem ſcholaſticam:hoc enim hodie fieri vi
demus:vt ſcriptoribus ⁊ calculatoribus ſingulis menſibus detur merces:morum aūt ⁊ ſcien-
tiarum preceptoribus:ſemel dūtaxat:aut bis aut quater in anno.Sed ipſe pater auſus eſt por-
tare me ſupple puerum romam.i.ad ciuitatem romanam docendum vt doceat artes ſupple li-
berales:qs artes:quis.i.qlibet eques atqꝫ ſenator doceat.i.debeat facere doceri:prognatos id
eſt progenitos:ſemet.i.a ſemetipſo.hoc eſt ab ipſis equitibus ⁊ ſenatoribus.Si quis autem vi
diſſet in magno populo veſtem meam ⁊ ſeruos ſequentes me:crederet illos ſumptus quos vi-
deret in me fieri:preberi mihi ex re auita id eſt ab auo derelicta.Quod dupliciter itelligi poteſt
Primo vt credatur eſſe inſtitutus heres ab auo diuite:vt pater viuus cogatur illos ſumptus
pro eruditione filij facere vel melius ſic vt pater credatur illos ſumptus non acquiſiuiſſe labo-
ribus ſuis:ſed a patre ſuo acquiſitos poſſidere:facilius eñ expendimus parta alieno labore ꝗ
noſtro:vt ſit ex re auita id eſt ex patrimonio derelicto patri meo ab auo meo.Ipſe pater meus
habet autem eſſaſim:quaſi dicat:nō ſeruus non amicus patris:ſed ipſemet pater aderat mihi:
cuſtos incorruptiſſimus.i.quē nullo modo potuiſſem corrumpere vt voluntatem meam ſeque
retur cōtra ſalutem meā:circum omnes doctores.i.ducebat me ad quoſcūqꝫ doctores ibam.Ci
ues autem plurimi dant filijs ſuis ductorem qui grece pedagogus id eſt pueri ductor dicitur.
Quid multa ſupple de eo dicerem:ipſe pater meus ſeruauit me pudicum id eſt intactum ⁊ mun
dum non ſolum ab omni facto turpi:verum id eſt ſed:quoqꝫ.i.etiam ab omni:opprobrio.i.diffa
matione turpi.Qui honor eſt primus virtutis:hic duo aduertes.Primo circa latinitatē ⁊ ele-
gantiam.Qd quando relatiuū qui que quod ponitur inter duo ſubſtantiua quoꝝ ſequens eſt ꝓ Qui q̄ quod
prium nomen:tunc vult eleganter ſequenti nō precedenti conformari:quādo autem ſequēs eſt
appellatiuū poteſt alterutri conformari.Maxime autem mediante verbo vocatiuo aut ſubſtā
tiuo ſequenti coheret:vt in ſemine tuo qui eſt chriſtus:non qd eſt chriſtus.Seruauit me pudi-
cum:qui primus virtutis honos:non qd ſcilicet eſſe pudicum eſt primus virtutis honor.Secū Pudicicia
do circa ſentētiam ſcies ꝙ pudicicia eſt ea virtus qua pudore quodam naturali ac verecundia
ingenua retrahimur a turpi atqꝫ inhoneſto facto.Talis autez in muliere ac puero cōmenda-
tur.Amiſſa nāqꝫ pudicitia nihil in muliere cōmendandum.De puero autem dicitur.A conico
Erubuit ſalua res eſt:vnde ſenſus poteſt eſſe ꝙ pudicitia ſit primus honor:q: primum neceſſa
rius vtpote in adoleſcentia:vel reuera ꝙ ſit primus id eſt principalis honor eſſe pudicum id eſt
inuiolatuz ab omni facto turpi atqꝫ ab opprobrio:vt ſcilicet quis ſit ⁊ re ⁊ nomine pudicus.Nā
volentibus perfecte viuere duo ſunt neceſſaria:vita bona ⁊ fama.vita ipſis fama proximo:ſed
hec hactenus.Nec timuit ⁊c.ſoluit obiectionem qua quis poſſet dicere patrem eius non prudē
ter egiſſe qui tantuz expoſuerit circa filij eruditionem:ꝙ non ſatis derelinquat filio vt poſſit
lautius ⁊ ſecurius viuere.Ad hoc enim dicit poeta ꝙ pater non eſt veritus ſi filius pauper re
rum:⁊ diues honeſtatis atqꝫ prudentie paruas mercedes ſequeretur.Et reuera:ſi hoc multis
perſuaſum eſſet patribus melius cum multis ageretur.Nam qui liberis prelargas diuitias
relinquere volunt:eos ad ignauiaz inuitant.Satis enim eſt imitari auiculas ac ceruos.Nam
he cum pullos eduxerint ⁊ viam qua victum ſibi queritent oſtenderint:illi dum fugere docue-
rint:nullam preterea adhibent curam.Sic parentes qui liberos ſuos deum filialiter timere

eiuſqꝫ mandata ſeruare:ꝛ victū honeſte querere docuerint:ſatis diuitiarū reliquerūt:ſed ordinē perſequamur. Nec pater ſupple timuit:ne quis verteret olim id eſt quouis tempore futuro ſibi vitio:ſi ego exiſtens preco:aut coactor id eſt accumulator ꝛ coaceruator nummorum ex vēditione colligendorum:vt id eſt quemadmodum ipſe fuit:ſequerer paruas mercedes:id eſt parua lucra. Neqꝫ ego eſſem queſtus id eſt conqueſtus.ꝙ pro ꝛ laus debetur illi maior ob hoc ꝛ maior gratia debetur illi ob hoc:ꝙ ſcilicet diligentior fuerit ad ditandum me ſcientijs ꝛ virtutibꝰ ꝙ̄ rerum copijs.

ALRO.

¶ Nil me peniteat ꝛc. Nō penitet huiuſmodi prīs:ꝛ ideo nō me defendā eo modo quo ſolēt hoies ſeſe defendere. quibꝰ obijcitur ignobilitas:qui dicūt non dolo ſuo neqꝫ volūtate factū eſſe vt ab iſtiuſmodi parentibus naſcerentur. Nō vt.m.ordo eſt. nō ſic me defendaꝫ vt magna pars hoīm. Ratio.ſnīa. Nā ſi.n.i.naꝫ ſi natura faceret aliquē a certo anno repetere vitā poſt morteꝫ ꝯfieret illi ptās eligendi a fatis quos vellet parētes ↄtētꝰ eſſem parentibꝰ meis. Ad.f.ad ſuperbiā ac nobilitatē:an ad eligēdū faſtidiū.qd ex copia naſcit. Honeſtos faſci. magis meos eligerē:ꝙ̄ cōſules aut ſenatores. Demens iudicio vulgi.zeugma fortaſſe. Sanꝰ.f.t. Mire hoc dixit qꝛ ipe equeſter permāſit cōtem pro ſenatorio ordine. Naꝫ.m.c. Si adeptꝰ eſſem maiorē dignitatē mſta mihi eſſent neceſſaria Petorita.genꝰ vehicl'i. Alij carpenta intelligunt:nōnulli carrucas. Mantica .i. Quia pauperes cū inſidēt iumētis poſt ſe ſarcinas habēt. Sordes.ignobilitatē. Quas.t.t.de quo ſuperiꝰ dixerat:ibi.quo tibi tulli ſumere depoſitū clauū. Laſanū. Uas in q̇ exonerat venter:id eſt quo ventrē purgamꝰ inuentū ad exquiſita nature. Hoc ego cōmodius. Jn hoc ꝙ mſta mihi nō ſunt neceſſaria:vel caballi:vel calones vel comites:ꝛ multis alijs rebꝰ cōmodiꝰ viuo. Libido. volūtas. Fallacē circū.ſuburā maiorē in qua veſperi ſemper venundant furta. Et notandū qꝛ fallacē dixit circū nōnulli volunt eſſe prepoſitionē.nā ſi nomen ſit locum circi videt ſignificare: in q̊ furta vere diſtrahunt.an fallacem

Nil me peniteat ſanum patris huius.eoqꝫ
Non vt magna dolo factum negat eſſe ſuo pars
Quod non ingenuos habeat:claroſqꝫ parentes:
Sic me defendam.longe mea diſcrepat iſtis
Et vox ꝛ ratio.nam ſi natura iuberet
A certis annis euum remeare peractum:
Atqꝫ alios legere:ad faſtum quoſcūqꝫ parentes
Optaret ſibi quiſqꝫ:meis contentus:honeſtos
Faſcibus ꝛ ſellis nollem mihi ſumere demens
Judicio vulgi:ſanus fortaſſe tuo.ꝙ
Nollem onus haud vnꝗ̄ ſolitus portare moleſtū
Nam mihi continuo maior querenda foret res:
Atqꝫ ſalutandi plures.ducendus ꝛ vnus
Et comes alter:vti ne ſolus rus ve peregre aut
Exirem.plures calones atqꝫ caballi
Paſcendi.ducenda petorita.nunc mihi curto
Jre licet mulo.vel ſi libet vſqꝫ tarentum.
Mātica cui lūbos onere vlceret atqꝫ eques ar-
Obijciet nemo ſordes mihi.quas tibi tulli (mos
Cum tyburte via pretorem quinqꝫ ſequuntur
Te pueri laſanum portantes enophorumqꝫ.
Hoc ego cōmodius ꝙ̄ tu preclare ſenator
Milibus atqꝫ alijs viuo.quacunqꝫ libido eſt:
Jncedo ſolus.percunctor quanti holus ac far.
Fallacem circum veſpertinumqꝫ pererro
Sepe forum.aſſiſto diuinis:inde domum me
Ad porri ꝛ ciceris refero laganiqꝫ catinum:
Cena miniſtratur pueris tribus:ꝛ lapis albus

Pocula cum cyatho duo ſuſtinet. aſtat echīno
Uilis cū patera guttus: cāpana ſupellex.
Deinde eo dormitū: nō ſollicitus: mihi ꝙ cras
Surgendū ſit mane. obeundus marſia: qui ſe
Uultum ferre negat nouiorū poſſe minoris.
Ad quartā iaceo: poſt hāc vagor. aut ego lecto
Aut ſcripto qđ me tacitū iuuet: vngor oliuo
Non quo fraudatis īmundus natta lucernis:
Aſt vbi me feſſum ſol acrior ire lauatum
Admonuit: fugio rabioſi tēpora ſignū:
Pranſus. non auide ꝙtum interpellet inani
Uentre diē durare. domeſticus ocior. hec eſt
Uita ſolutorū miſera ambitione grauiqꝫ.
His me conſolor victurū ſuauius: ac ſi
Queſtor auus pater atqꝫ meꝰ patruuſqꝫ fuiſſet.

circuꝫ ꝓpter circēſes incertos euentꝰ aut ꝓpter ſamardā: marda eīm q̄ circa metas ſolebat īducere. Illic eīm mathematici olim ſteterant. Aſſiſto. d. aut ſamardicis aut ſortilegis. Laganiqꝫ. c. lagana ſunt de ſiligine q̄dam facte quaſi mēbrane cōpoſite: q̄s cum piperis liquamine coquūt: ⁊ ſic comedunt. Lapis. a. menſa marmorea: quā vocant delphicā Aſtat echinus. echinū dixit vas eneū in quo calices lauantur qđ modo triſille appellamus. Alij ampullā vitreā dicūt. Uilis: nō magni p̄cij. Guttꝰ: genꝰ vnguēti. Cāpana: fictilis vel viminea: vel enea: q: in cāpania dicebant̄ enee res optime fabricari. Obeundus. m. marſie ſtatua ī roſtris ad quā ſolebāt hoīes illi cōuenire: qui inter ſe lites atqꝫ negocia cōponebant. Nam ⁊ a ſtatua nomen locus accepat: Qui ſe. u. f. n Nouij fratres fuerūt: quoꝝ minor ad locū qui appellabat̄ marſia obſonari conſueuerat: hi aūt nouij fuerūt acerrimi feneratores: ⁊ iocatur de hac re Hora. iō ait puto marſiam erectā vnā manū habere ꝙ illoꝝ feneratoꝝ impudentiā nō pōt ſuſtinere: deinde ꝙ ad ſtatuā marſie vadimoniū ſtatuebatur. Fraudatis: expilatis: euacuatis. Sol a. calidiora quinta. Rabioſi. t. ſ. Eſtuoſos dies caniculares. Prāſus. n. a. Eſtus cā tantū prāſus quātum me ſaturet a ieiunio: ꝙtū pōt diem durare. hoc eſt nō multū prāſus. Interpellet: ſuſtineat. Domeſticus ocior: domi ocioſus maneo. Notandū ocior fictuꝫ verbū. Miſera ambitione grauiqꝫ ab omni cupiditate que miſeros facit: quia grauiter afficit. Ac ſi. pro ꝙ ſi: vt non ſecus ac iuſſi faciunt.

¶ Nil me peniteat ⁊c. Ut ſe patris ſui qui humilis conditionis erat: penitere nō decere doceat: oſtendit in ſplendido ſtatu multa eſſe incōmoda q̄ humili ignota ſunt. Ordo eſt. Nil. i. in nullo peniteat me ſanū. i. ſi fuerim ſanus huius. i. hmōi patris: libertine ſcꝫ conditionis: ſed ſolertis liberorum eruditoris: qꝫ pro et: eo id eſt idcirco: ego non defendam. i. purgem me ſic: vt. i. quēadmodum magna pars ſupple homínū purgantium ſe negat eſſe factum ſuo dolo. i. vitio ⁊ iniquitate: ꝙ id eſt q: non habeat parentes ingenuos. i. liberos a natiuitate: ⁊ claros id eſt illuſtres. hoc eſt ego ſi pecauero nō imputarem parentibus dicendo me nō poſſe preclare agere: q: ex claris non ſim natus ſicut pleriqꝫ faciūt: quaſi vero claritas parentū ſit cauſa cur quis preclare agat. Uox mea. i. locutio. ⁊ ratio. i. mens ⁊ ſententia: diſcrepat. i. diſſentit longe: iſtis id eſt ab iſtis ita ſe defendentibus. Nam ſi natura iuberet euū peractum a certis annis. i. poſt certos annos: remeare. i. redire: atqꝫ iuberet legere. i. eligere quoſcūqꝫ parentes. i. ſi natura aut nature rector deus: vellet res que paulo ante interirerunt reparare: hoc eſt liberis omnibus quorū parentes obierūt: parētes quoſlibet: hoc eſt quos vellent aut eoſdē aut alios dare: quiſqꝫ. i. quicunqꝫ optaret. i. eligeret ſibi parentes ad faſtum. i. ſuperbiam: ego contentus meis: ſupple parentibus nollem ſumere: ſcꝫ parentes: honeſtos. i. honeſtatos ⁊ decoratos: faſcibus. ſ. virgarū qui ijs dabantur qui ex officio magiſtratus cedere quēuis poterant: eoſ eīm lictores poſt eos ferebant: vñ pro magnis honoribꝰ faſces vſurpamꝰ: ⁊ honeſtos ſellis. ſ. curulibus: nā primi magiſtratus in ſellis curulibus vehebant̄. Nollem inquā ſumere ſic honeſtatos exiſtens: demens. i. inſanus ⁊ peruerſe mētis: iudicio. i. ſm iudicium vulgi: ⁊ exiſtens fortaſſe ſanus. i. ſane mentis tuo. ſ. iudicio: o mecenas ꝙ. i. q: ego haud. i. non: ſolitus id eſt conſuetꝰ vnq̄ portare onus mole

ASLEN.

ſtum(q2 omne nomen honoris etiā oneris eſt)nollem:ſcȝ ipm portare. Nam ſi ſup. nobiles pa
rentes haberem ⁊ magiſtratū gererem:maior res.i.diuitiarū copia foret id eſt eſſet querenda
id eſt acquirenda continuo.i.ſtatim:atqꝫ plures ſup. forent ſalutandi mihi id eſt deberem plu-
res ſalutare vt ab eis ſportulam merear. vnus ⁊ alter:comes.i.cliens mecum iens eſſet ducen-
dus.i.conducendus ſup.mihi:vti.i.vt:ne.i.non:exirem:ſolus.i.incomitatus ve ꝑ aut: aut rus
aut peregre:plures calones.i.miniſtri fuſtes ⁊ ligna aut vallum ferentes:⁊ plures caballi id ē
equi belligeri ſup.eſſent paſcendi.i.nutriendi mihi:perorita.i.vehicula in quibus vehar:eſſent
ſup.ducenda.i.conducenda mihi:nunc cū.ſ. priuatus ſim:⁊ humili loco natus licet mihi ire.i.
proficiſci:vel.i.etiā ſi libet:vſqꝫ tarentū:curto.i.modico ⁊ puſillo mulo:cui.ſ.mulo:mātica.i. ſar
cina corio inuolnta:hulceret.i.ledat hulcus faciens lūbos.i.poſteriores ptes dorſi:atqꝫ eques
id eſt inſeſſor hulceret ſup.armos.i.anteriores ptes dorſi.i. humeros. hoc eſt ego exñs eques
hulcerē eius armos pondere corpis mei:ſed nota ꝙ muli inſeſſorē equitem vocat: ſicut poſtea
dicturus eſt pueros ludere par impar:equitare in harūdine longa:cū tam eques:ꝙ equito ab
equo proprie dicantur. Nemo obijciet mihi ſordes.i.ſordidā ⁊ auarorꝫ vitam:quas ſup.ſordes:
populi ſup.obijciūt tibi o tulli(de quo prius dictum eſt. Quo tibi tulli ⁊c)cum.i.quādo:quinqꝫ
pueri.i.miniſtri domeſtici:portantes laſanū.i.vas in qd exoneretur venter:qꝫ pro ⁊:enophorū
id eſt vas ī quo vinū fertur:ſequūtur in via tiburte.i.que ducit tibur te ꝓtorē. Hic nota antithe
ſim. Nam licet vſqꝫ tarentū ire priuato ſine comite.i.procul a ciuitate:nō licet pretori cum qui-
qꝫ comitibus ſiue pluribus ire in via tiburtina que ꝓxima eſt. O ꝑclare ſenator.ſ.o tulli(⁊ tunc
irriſorie vocat preclarum:hominē ambitioſum ⁊ de magiſtratu gloriantem)ego viuo hoc.i.in
hoc vel pro tanto cōmodius.i.cū maiore cōmodo:⁊ minore onere:ꝙ tu:atqꝫ viuo cōmodiꝰ alijs
millibus ſup.hominū. Ego incedo id eſt deambulo ſolus:ea ſup.via:quacūqꝫ ſupple via libido
id eſt voluntas eſt incedere.ſ.ego percuncto.i.interrogo ⁊ diſquiro:quāti.i.quanto precio:ho-
lus id eſt queuis herba qua veſci ſolemus: ſupple veneat aut venundetur. Et ego pererro ſepe
ſolus circū fallacem.i.in quo plures falluntur:ꝙ ibi meretrices fallaces ſedeant:aut ꝙ ibi ſabi
ne tempore romuli falſe.i.decepte ſunt vt dicit liuius in primo:aut q2 ibi furta venduntur veſpe
ri:vñ ſubdit qꝫ pro.i.ꝑerro ſepe forum veſpertinū.i.qd a furibus veſperi celebratur:ego aſſideo
diuinis.i.meretricibꝰ illic diuinātibus vt Iuuenalis ſatis notificat: ⁊ ego refero me.i. redeo
inde domum:ad catinum.i.vas eſcarium:porri.i.illius herbe:⁊ ciceris:illius leguminis:qꝫ pro
⁊ lagani.i.panis pipacei ⁊ ſiliginacei. Cena miniſtratur ſupple mihi:a tribus pueris: ⁊ vnꝰ la-
pis id eſt menſa lapidea ſuſtinet duo pocula.i.vaſa potoria:cum cyatho id eſt vaſe maiore vñ de-
promitur potus:guttus id eſt vas guttatim oleum in balneis lauanti emittens: aſtat echinno
id eſt iuxta echinum.i.calicum receptaculum:ſicut eñ nucleus caſtanearum in echinis inclu-
ditur:ita patere clauduntur:echinno.i.cooperculo ex corio:aſtant ergo echino cum patera id ē
patente vaſe:exiſtens ſupellex campana.i.ex terra campanie regionis in italia. hoc eſt oīa vaſcu
la illa ſunt:mihi pauca ⁊ ea fictilia. Deinde id eſt poſtꝙ ſic cenatus ſum:eo dormitum:non exñs
ſupple ſollicitus ꝙ ſurgendū ſit.i.ꝙ ſurgere debeam:cras id eſt poſtridie eius diei:mane.i.tē-
pore matutino:⁊ ꝙ marſia.i.temerarius iudex ſicut marſia erat iudex apollinis:aut potius ſm
acronis opinionem:ſtatua marſie in foro poſita:forte ideo vt eius iudicij temerarij exitum iu-
dices aſpiciant:non ergo ſollicitus ſum ꝙ marſia id eſt vel iudex vel locus in quo marſie ſtatua
eſt ſit ſupple obeundus.i.ex oppoſito adeundus:qui ſcȝ marſia:negat ſe poſſe ferre id eſt pati:
vultum.i.aſpectum:minoris.i.iunioris:nouiorū id eſt illorum duorum fratrum quorꝫ minor ob
es alienum nō audebat illic comparere:⁊ ita iocoſe per tranſitum taxat eū poeta more ſuo. Ego
iaceo.i.recubo:ad quartam ſup.horā:⁊ ego vagor.i.vaganti ſimilis ſine certo negocio ſecurus
deambulo poſt hanc.ſ.quartam horam:aut ego vngor oliuo id eſt intro balneum:⁊ hoc ſup. eo
quod iuuet.i.recreet ⁊ delectet me tacitū.i.tacentem lecto aut ſcripto.i.poſtꝙ id legi aut ſcripſi
Et ita lecto ⁊ ſcripto ablı̄ ſint in deſignatiōe ſequele poſiti. Porphyrio tñ putat ꝟba freqntati-
ua eē:vt ſit ego lecto aut ſcripto vngor iquā:oliuo.i.oleo oliue arboris:nō ſup.eo ꝙ natta vir ille
imūdꝰ.i.ſordidꝰ ⁊ auarꝰ ſup.vngit:lucernis fraudatꝫ.i.ꝑ fraudē oleo ſuo ꝑuatis. Aſt.i.ſȝ:vbi.i.
poſtꝙ ſol acrior.i.vehementior ⁊ ardentior ꝙ vt de facili ſuſtinere poſſem:admonuit me feſſuȝ
ire.i.vt ego feſſus eam lauatum. ego fugio tempora rabioſi ſigni.i.canicule exiſtens pranſus nō
auide.i.guloſe:ſed ſupple tantū:quantū interpellet.i.ſuſtineat aut expediens ſit durare diē in-
ani ventre.i.ieiunio:ego ocior.i.in ocio ſum domeſticus.i.domi. hec.i.hmōi eſt vita ſolutorum
id eſt eorum qui ſoluti ⁊ expediti ſunt miſera ⁊ graui ambitiōe.i.cupiditate magiſtratus:⁊ ego

conſolor me his id eſt huiuſmõi oblectamẽtis: me inquã victurum ſuauius: ac id eſt q̄ ſi pater atq; auus: q; pro et patruus id eſt frater patris mei fuiſſet: queſtor id eſt receptor publicus et coaceruator fiſci: cũ fuerit coactor. i. exactor preciorũ rerum priuatarũ: vt dictum eſt.

## Satyra ſeptima.

p Roſcripti regis rupili pus atq; vene-
num:
Hibrida quo pacto ſit perſius vltus: opinor
Omnibus ⁊ lippis notum ⁊ tonſoribus eſſe
Perſius hic p̄ magna negocia diues habebat
Clazomenis: etiam lites cum rege moleſtas
Durus homo: atq; odio qui poſſet vincere regem
Confidens tumiduſq;. adeo ſermonis amari:
Siſennas barros vt equis precurreret albis.
Ad regem redeo. poſtq̄ nihil inter vtrũq;
Conuenit (hoc et enĩ ſunt oẽs iure moleſti:
Quo fortes quibus aduerſum bellũ incidit: inter
Hectora priamiden aĩoſum atq; inter achillem
Ira fuit capitalis: vt vltima diuideret mors
Non aliam ob cãm: niſi q̄ virtus in vtroq;
Summa fuit: duo ſi diſcordia vexet inertes
Aut ſi diſparibus bellum incidat: vt diomedi
Cum lyceo glauco: diſcedat pigrior vltro
(Muneribus miſſis) bruto pretore tenente
Ditem aſiam rupili ⁊ perſi par pugnat. vti non
Compoſitus melius cum bitho bacchius. in ius
Acres concurrũt: magnũ ſpectaculũ vterq;:
Perſius exponit cãm. ridetur ab omni
Conuentu. laudat brutũ. laudatq; cohortem:
Solem aſie brutũ appellat: ſtellaſq; ſalubres
Appellat comites: excepto rege. canem illum
Inuiſum agricolis ſidus veniſſe ruebat
Flumen vt hibernum: fertur quo rara ſecuris.

Acro

p Roſcripti regis rupili. Rex rupilius p̄neſtinus fuit. iſte poſt exilium pretor cum a triumuiris condemnatus eſſet: confugit ad Brutũ ⁊ eius ſocius habitus eſt: hicq; Horatium iurgio laceſſiuit: ob qđ amaritudinem ſtili ſui in eũ conſtrinxit: proſcriptus autem fuerat ab Auguſto propter brutum. Hybrida. Perſius ex diuerſis parentibus natus: nam clazomeni⁹ fuit patre aſiatico: matre romana. Tractum eſt ab aquila que ex aq̇la ⁊ vulture naſcitur. Tranſlatiue ergo Horati⁹ lacerauit Perſium quaſi ſemiromanum. item aliter: publius rupili⁹ cognomine rex preneſtinus poſt exilium ciuilis belli ꝯmilito fuit Horatij in caſtris Bruti. hic egre ferens q̄ Horatius tribunus eſſz ſepe ignobilitatem generis illi obijciebat. idcirco nunc eum ex perſona lacerat. Item deſcribitur iurgium publij rupilij regis cuiuſdam qui aliquando in Horatium iocülariter dixit ⁊c. hybrida: perſi⁹. hybride autem dicuntur proprie canes: qui naſcũtur ex cane venatico ⁊ cane gregario. Item: ſic hybrida dicebatur Perſius: quia de matre greca natus fuerat: et patre romano. Hybrida dicitur: qui habet patrem grecum et matrem italam: aut per contrarium. hybridam dicunt appellari: qui mixto genere ſermonis loquatur grece latineq;. Pus atq; venenum malignitatem atq; liuorem. Lippis. ocioſis: ſedentibus. Et tonſoribus eſſe. etiaz tonſores qui ſolent tardi eſſe ſtudio et lippi q̇ ſolent eſſe oculorum cecati a negocijs ſciunt quomodo hybrida Perſius perſecutus eſt maliciam rupilij regis. Clazomenis. apud Clazomenas ciuitatem Aſie: et erit aduerbium loci.

Odio.moleſtia.vt Teren.Cū iſtoc odia habes.Cōfidens.audax:temerari⁹.iracūd⁹:aut ſupbus Fidēs bonis.Cōfidens malis.Adeo.vſq3 adeo.Sermonis.a.mordacis:maledici:alluſit.etenī reges odio erant:ꝛ nomē eoꝝ ꝓpter memoriā tarquinij execrabile erat hūc quoq3 odioſum di xit.Siſennas.b.Siſenna fuit illis tpib⁹maledic⁹ꝛ mordax.barri eñ dicunt maledici.i.adeo erat ſermonis maledici:vt Siſennas barros videret vincere:ꝛ de his triūphare:t q̄ ꝛ ipi maledici fuerunt.i.adeo erat odioſus:vt de nobiliſſimis detractorib⁹ triūpharet pſius clazomenes. Ut.e.p.a.allegoricos vt facile eū ſuparet:q2 equi albi dicunt eſſe nobiliores:ſicut dicit Uirgi. Qui candore niues anteirēt curſib⁹amnes.Poſtq̄ ni.in.vtrūq3.poſtq̄ capitales inimici ꝛ inexpiabiles facti ſunt.Conuenit.tranſactū eſt.Hoc ꝛ.n.f.o.i.m.quo fortes.Senſus.ita eñ inter ſe mali hoies decertāt:ꝛ neſciūt cedere vt viri fortes in bello Aliter.hoc ſunt modo oēs moleſti quo hi q̄ cōtra ſe habent bellū.ꝛ quare:q̄ vſq3 adeo dimicant vterq3:donec vno ſupato alter victor diſcedat.Capitalis.magna piculoſa.Diuideret.dirimeret:litis finē faceret.Duo:ꝓ duos. vt Uirg.Si duo ꝑterea tales idea tuliſſet:Aut ſi.d.inter virū fortē ꝛ ignauū.Ut.d.c.l.g.glaucus eñ cōfeſſus ſe victū munus diomedi miſit ſua arma aurea.Et diomedes ſua erea.Aliter. diomedes ꝛ glauc⁹ inimici fuerūt.diomedes fortis:glauc⁹ ignau⁹.ꝛ diomedi munera miſit:vt ab armis diſcederet.Ditē.a.copioſa3.Rupili ꝛ.p.p.Metaphora a gladiatorib⁹:ſatis amare q̄ſi de gladiatorib⁹.Cū Bitho.b.bithus ꝛ bachi⁹ gladiatoꝝ noīa celebrata apud Sue.tranquillū ſub auguſto.tñ mire in metaphora ꝑdurauit.i.meli⁹pugnāt in litē rupili⁹ꝛ pſi⁹ q̄ memorati gladiatores.In ius.q̄ſi gladiatoꝝ.Alū in iudiciū in litē.Solē.a.b.a.vt Uirg.O lux dardanie ſpes o ſanctiſſima teucrū.Rupili⁹ rex comes fuit bruti.ſolē ergo dicebat3 brutū:ꝛ comites ſtellas ſalubres.Rupiliū vero caniculare ſtellā hoc eſt ſiriū.Ruebat fl.vt hy.i.ita ruebat ei⁹oratio:quaſi

Fabula ſecuris aureę.

torrens deſcendēs de altiſſimo monte:quo rara ſecuris fert:hoc eſt ad quē monte3 raro venit ꝑcidendoꝝ gratia lignoꝝ.Fabula talis eſt.quodā tpe ruſtic⁹du3 iuxta fluuiū ligna cederet caſu ſecuris ei⁹ in fluuiū cecidit:mercuri⁹ hoc de ſummo monte videns deſcendit ad ruſticū.interrogauitq3 eu3:quid amiſit:is ſimplicitate ſua ait.ſecurē ferreā ꝑdidi.Mercuri⁹ leuauit aureā. ille ſuā ſibi reddi cupiebat.collaudauit eū de⁹:ꝛ ſuā illi ꝛ aureā cōdonauit.Alter agricola hac fama cōmot⁹iuit ad fluuiū.ꝛ dū ſe ſimulat ligna cedere velle ſecurim in fluuiū ꝓiecit.Similiter hoc de⁹ vidēs deſcendit:leuauitq3 ferreā.Ille aureā ſe ꝑdidiſſe fingebat:irat⁹ de⁹ꝛ illā dimiſit. itaq3 qui aureā habere cupiebat ꝛ ſuā ꝑdidit.Ergo dicit modo poeta ſic in iniuriā rupili perſi⁹ irruebat quomodo fluuius ille qui habebat auream ſecurim.

¶Septime ſatyre argumentum Aſcenſcianum.

Scurrarū turpē ſubſannat ſeptima litē.Ordo ē.Septima ſupple ſatyra:ſubſannat.i.mordaciter irridet:turpē litē.i.contentionē:ſcurrarū.i.viliū hoīm riſum cū dedecore ſuo captantiū

Roſcripti regis ꝛc.In hac vt dixi (videlicet Rupilij regis:ꝛ Perſij clazomenij.

Cuꝫ. m. i. auguſto mecenate pollione ⁊ plurimis alijs. Et. ſ. q. il. d. offendet. i. putans ſe inuenire qđ mordeat inueniet durū ac ſolidum: nō inueniet qđ iuſte lacerare poſſit. Diffingere cōtradicere. Sanctarū: firmatarū: participium a verbo ſancior. Si mala condiderit in quēuis. Trebatius. mala q̄ſi criminoſa dixit Hora. quaſi. vitioſa. Soluentur riſu tabule: tu. i. ridebunt legū. xij tabule: tu veniam merebere a iudicibus ſi quē ꝗ̄ ipſe extra noxiam poſſis iure lacerare.

ASLEN,

¶ Ne longum faciam: concludit ſe conſimiliter a natura inſtrui ad ſatyram ſcribendam: nec poſſe eam nō ſcribere. Ordo eſt. Ne ego faciā longum vt breuiter qđ ſentio dicaꝫ: ſeu id eſt ſiue ſenectus tranquilla. i. placida ⁊ quieta expectat me. i. ſiue diu ⁊ tranquille victurus ſum: ſeu. i. ſiue mors circūuolat me atris id eſt funeſtis: alis. i. ſiue propediem moriturus ſum. Quiſquis erit color. i. diſpoſitio vite: hoc eſt quocūqꝫ mihi vita ſignanda erit lapillo ſiue albo: ſignificante proſperitatem: ſiue nigro ſignificante aduerſitatem: hoc eſt ſiue viuam diues: ſiue inops: ſiue viuam rome: ſiue fors aut fors: ita iuſſerit ꝙ exul. hoc eſt qualiſcūqꝫ fuerit ſtatus vite mee: ego ſcribam ſup. ſatyram. Reſpondet Trebatius. O puer: vñ patet iuuenem fuiſſe: cum ſenior ſcriberet odas: ego metuo: vt ſis vitalis. i. ꝙ nō eris diu victurus: ⁊ metuo ne quis. i. aliquis amicus maiorū. i. potentiorum feriat. i. ꝑcutiat te frigore. ſ. mortis. Reſpondet poeta. Quid: ſup. dicis te metuere hoc. Cum. i. q̄ñ Lucillius eſt auſus primus componere carmina in hunc morē ſcꝫ ſatyricum: ⁊ detrahere pelleꝫ. i. tectoriū aut tegumentū: qua quiſqꝫ exiſtens nitidus. i. candidus ⁊ mundus: ꝑ ora. i. exteriora ⁊ in ſuꝑficie: cederet. i. incederet: exiſtēs turpis nitroſum. i. in ꝯſcientia ſua: nū. i. nūqđ. Lelius ⁊ is ſup. q̄ duxit nomē. i. agnomē meritū. i. qđ meruit a carthagine: oppreſſa. i. deuicta: ſcꝫ ſcipio aphricanus: qui cū Lelio nobile par amicoꝝ facit: offenſi ſup. ple fuerunt ingenio ipſius lucilij. q. d. minime: aut nū: i. numquid: doluere. i. egre tulerunt: metello viro illo prepotente: leſo. i. quia metellus ledebatur: hoc eſt carpebatur ꝟſibus lucillianis: ꝙ pro et lupo: viro illo etiam prediuite: cooperto. i. diffamato ꝟſibus: famoſis. i. diffamatorijs quaſi dicat minime. At qui. i. attñ ipſe Lucillius arripuit. i. iuaſit ſtilo ſuo ſatyrico: primores. i. optimates: vrbis. ſ. romane: ⁊ populū ſup. romanū: tributim. i. per tribus: ſcilicet exiſtens ſup. equus. i. concinnus ⁊ concors: vni. i. ſoli virtuti: atqꝫ amicis eius. i. eam colentibus. Quin id eſt quinimmo: inſuper vbi virtus ſcipiade: ⁊ ſapientia mitis leli. i. lelij. hoc eſt ipſe ſcipio ſtrenuus ⁊ lelius bonꝰ: remorant. i. remouerant ſe a vulgo in ſcena ſecreta. i. vmbraculo quo populo non licebat cōuenire: ſoliti ſup. ſunt nugari cū illo. ſ. lucilio ⁊ ludere cū illo exiſtentes diſcincti. i. negligenter culti donec holus. i. cibus frugalis coqueret̄: quicq̄d ego ſum: ꝙuis ſum infra cenſuꝫ lucilli. i. lucillij. i. ꝙuis nō habeā diuitias quas ille habuit: ⁊ ꝙuis infra ingeniū lucilli. i. nō habeam tam bonū ingeniū vt ille: tñ inuidia fatebitur etiā ſup. inuita. i. ꝙuis nolit: me vixiſſe ſp cum magnis viris (hoc dicit poeta: ne forte dicat q̄s lucillio diuiti licuiſſe qđ non liceat horatio) ⁊ q̄rēs. i. is q̄ q̄reret aut niteret̄: illidere. i. ipingere dētē ſuū ſup. mihi fragili. i. quē fragilē putet: ipſe offendet ſup. dentē illeſiſſe: ſolido. i. duro ⁊ forti. i. inueniet in me reſiſtentiā ſiq̄s volet me mordere: niſi tu o trebati docte: diſſentis quid. i. aliq̄d vel in aliquo. Reſpōdet trebatiꝰ. Equidē. i. ego quidē nihil poſſum diffingere. i. aliter ſentiēs diſtrahere. hinc. i. ab hac ſñia tua: ſed tñ ſic ſup. aſſentior: vt tu monitus a me ſup. caueas ne inſcitia ſanctaꝝ legū incutiat tibi: q̄d id eſt aliq̄d negociꝰ ꝓ negocij: ius ⁊ iudiciū eſt. i. iā ſñia lata ⁊ dijudicatū eſt: ſi ſup. quiſꝗ̄ cōdiderit mala. i. falſa ⁊ detractoria carmina in quē ꝗ̄. Eſto inq̄t Horatiꝰ. i. concedo ꝙ puniatur ꝑ legē ſiquis mala ſup. ſcribat carmina in quē ꝗ̄: ſed ſi quis cōdiderit bona. i. veridica ſup. carmina: q̄d ſup. de eo fiet. Reſpondet Trebatiꝰ talis laudat̄. ceſare. i. auguſto iudice. i. iudicante. Addit horatius. Si q̄s ipſe exiſtēs integer. i. inuiolatꝰ latrauerit. i. auide obiurgauerit: dignū. i. meritū ſup. quid fiet: Reſpondet Trebatiꝰ. Tabule. i. libelli ꝯtra te facti ſoluētur. i. rūpentur cū riſu: et ⁊ tu abibis miſſus. i. demiſſus impunis ⁊ indēnis.

## Satyꝛa ſecunda.

Ue virtus ⁊ q̄ta bonis ſit viuere paruo
q Nec meus hic ſermo eſt. ſed quem pꝛe
cepit ofellus
Ruſticus anoꝛmis ſapiens craſſaqꝫ minerua)
Diſcite. nō inter lances menſaſqꝫ nitentes.
Cum ſtupet inſanis acies fulgoꝛibus: ⁊ cuꝫ
Acclinis falſis animus melioꝛa recuſat.
Uerū hic impꝛanſi mecū diſquirite. cur hoc?
Dicam ſi potero: male verum examinat omnis
Coꝛruptus iudex. lepoꝛē ſectatus equo ve
Laſſus ab indomito: vel ſi romana fatigat
Militia aſſuetum grecari: ſeu pila velox.
Molliter auſterū ſtudio fallente laboꝛē:
Seu te diſcus agit. pete cedentem aera diſco:
Cum laboꝛ extuderit faſtidia: ſiccus inanis
Sperne cibuꝫ vilem. ⁊ niſi hymetia mella falerno
Ne biberis diluta: foꝛis eſt pꝛomus: et atrum
Defendens piſces hyemat mare: cum ſale panis
Latrantē ſtomachū bene leniet: vnde putas? aut
Qui partum? nō in caro nidoꝛe voluptas
Summa: ſed in te ipſo eſt. tu pulmentaria quere
Sudando. pinguē vitijs albūqꝫ neqꝫ oſtrea
Nec ſcarus: aut poterit peregrina iuuare lagois
Uix tamē eripiā poſito pauone: velis quin
Hoc potius q̄ gallina tergere palatum
Coꝛruptus vanis rerū: qꝛ veneat auro
Rara auis. ⁊ picta pandat ſpectacula cauda:
Tanquā ad rem attineat quicq̄. nū veſceris iſta
Quā laudas pluma? cocto nū adeſt honoꝛ idem?
Carne tamen q̄uis diſtat nil hac magis illa
Imparibus foꝛmis deceptū te patet. eſto.

Ue virtus ⁊. q. b. In h̄ Acro
q ſermone ſub ꝑſona ofelli cuiuſdā ſtoici lacerat luxurioſos. Ofellus dicitur poeta latinus ſectā ſtoicam tranſtuliſſe in latinū. Oꝛdo eſt. que virtus ſit bonis hoībus ꝑuo viuere diſcite. Ruſticus: aut nomen eſt pꝛopꝛiū: aut ruſticus. i. durus: qꝛ dicunt ſtoici nulli peccato debere ignoſci. Anoꝛmis: vltra noꝛmā philoſophie ꝑitus. Craſſaqꝫ m. craſſa minerua dicunt̄ hi qui ingrediūtur: qđ nequeūt implere: ideo iſte ſic dictus ē: qꝛ ſectaꝫ ſtoicā ingreſſus implere nō potuit. Impꝛāſi. ieiuni: ſobꝛij: vt alibi ipſe. Poſtq̄ eſt impꝛanſi coꝛreptus voce magiſtri. Mecum diſquirite. i. apđ me diſcite. Male verū examinat oīs coꝛruptus iudex. Si oīs iudex male iudicat: q̄ eſt coꝛrupt⁹: ita ⁊ mēs coꝛrupta cibo verū nō poteſt iudicare. Coꝛruptus iudex: vt recte iudicare nō pōt: ſic ⁊ animus non bn̄ poteſt diſcere cibo impeditus Grecari: grece iocari. Seu pila velox. i. ſeu pila aut diſcus delectat te ſtudio ſuo: quo paulatim nimiū laboꝛem decipit: videam⁹ ſi poſt exercitationē copioſum cibum expetas. Cedentē aera: idō ait: qm̄ aer leuis ⁊ cōcauus facile cedit grauioꝛi materie. Pete id eſt iacta in aera diſcū: q̄ cedit oībus iactatis. Latrantē: eſuriētem nimia fame auiduꝫ cibi. Leniet. i. cū laboꝛe petes quēcūqꝫ cibū. Nam vitioſum hoīem ſenſu debilitatū ⁊ delicatū nulle poterunt delectare delitie. Peregrina iuuare. lagoīs aūt carnem lepoꝛis habere ꝓhibetur: aut eſt genus piſcis qđ in mari italo nō inuenitur. Uix tamē excipiā poſito pauone: idō pauone delectaris: quia admiranda habet ſpectacula in cauda ſua. hoc interrogatiue. ſenſus: q̄uis enī hac carne nil diſtet: mag⁹ illa te pꝫ imparibus foꝛmis deceptū. Unde datum ſentis lupus. Ex qua conſcientia noſti: qꝛ iſte lupus marin⁹

Unde datum ſentis lupus hic tiberinus: an alto
Captus hiet? pontes ne inter iactatus an amnis
Oſtia ſub tuſci? laudas inſane trilibrem
Mulluꝫ: ī ſingula quē minuas pulmēta neceſſe ē.
Ducit te ſpecies video: quo pertinet ergo
Proceros odiſſe lupos? qꝛ ſcꝫ illis
Maiorēꝫ natura modū dedit: his breue pōdus.
Ieiunus raro ſtomachus vulgaria temnit
Porrectum magno magnū ſpectare catino
Vellem ait harpyis gula digna rapacibꝰ. at vos
Preſentes auſtri coquite horum obſonia: ꝙꝙ
Putet aper rombuſqꝫ recēs: mala copia quādo
Egrum ſollicitat ſtomachum cuꝫ rapula plenus
Atqꝫ acidas mauult inulas: necdum oīs abacta
Pauperies epulis regum: nam vilibus ouis
Nigriſqꝫ eſt oleis hodie locus. haud ita pridem
Preconis galloni erat accipenſere menſa
Infamis. quid tum rombos minꝰ equora alebāt?
Tutus erat rombus: tutoqꝫ ciconia nido:
Donec vos auctor docuit pretorius. ergo
Si quis nūc mergos ſuaues edixerit aſſos:
Parebit praui docilis romana iuuentus.

eſt magis ꝙ fluuialis: illi em̄ qui ſubtilitate palati gloriantur: meliores ſaporis aiunt eſſe piſces illos: qui rapidiore vnda exercentur: ꝙ qui languidiore torpeſcūt An alto captus hiet. quia piſces ſtatim cum capiūtur hiant. Pōtes ne inter. Unde ſcis vtrū inter oſtia thyberina: an inter pontes eiuſdem fluminis: ⁊ eſt ordo. Laudas iſane trilibrē mullū: quē in ſingl'a minuas pulmēta neceſſe eſt. i. quod facias comedendo breuiorem. Quo pertinet: ergo: cur inquit magnitudinem in illo laudas quā reprehendis in lupo: ergo ī vtroqꝫ hoc delectat qđ eſt rarius: proceros autem qꝛ lupi grandem ⁊ duriorem carnem habēt. Quia. ſ. illis maiorem: ac ſi diceret totum ſuaue eſt: qđ finitur: vulgaria vſitata: que cito inueniuntur. Harpyis gula digna rapacibus. digna que inter epulas harpyiaruꝫ ponatur. Quāꝙ putet aper. Corrupit ſe: quia fruſtra auſtros vocauerit: cum luxurioſis neceſſe ſit ſuas putere delitias. Quando: ſiquidem. Egrū faſtidientem. Sollicitat: vexet. Aut acidas inulas: acidas ait inulas non quia acida eſt hec herba: ſed ea coquitur ⁊ aceto conditur. Necdum omnis abiecta pauperies epulis regum: ꝙuis reges copioſe viuant: nonduꝫ tamen pauperū epulas excluſerūt menſis ſuis. Haud ita pridem. Gallonus quidaꝫ fuit preco: is qui habebat apparatū conuiuium: quē Lucillius etiam pulſat. Hic etiam accipenſerem ſuis cōuiuis exhibebat. Infamis: impie poſita id eſt famoſa ⁊ celebrata ſermone. Tutus erat rombus quia adhuc ignotus erat romanis. Donec vos auctor docuit pretorius. Aſellius quidam pretor fuit qui vſuꝫ comedendarum ciconiarū primus inuenit. Alij ſempronem pretorem volunt: qui poſt multa etiam ex ciconijs docuit. Videri autem vult, nō in precioſis piſcibus atqꝫ conuiuijs eſſe iucunditatem: ſed in conſenſu hominum.

ASCEN.

¶ Argumentum Aſcenſianum ſecunde ſecundi.

Laudat frugalem parcūqꝫ ſecunda colonum.

¶ Ordo eſt. Secunda ſupple ſatyra huius ſecundi libri: laudat colonum id eſt agricolam frugalem: et parcū id eſt frugaliter ⁊ parce viuentem: vt quēlibet ad parſimoniam (que vt Cicero in paradoxis dicit magnum eſt vectigal) inuitet: ſimulqꝫ vt prodigam ambitionem de pectoribus noſtris deuellat. Utitur aūt iocunde auctoritate ofelli cuiuſdaꝫ agricole: quaſi eius rei periti. Multa ſunt ſane digna ꝗ notentur: que legentibus patebunt.

q Ue virtus ⁊ q̄ta bonis.Argumentū iam percurrimus.Dicit ſignanter bonis qḋ po-
teſt exponi inter multa bona:q: illic virtus eminet vbi peccandi poteſtas eſt: nec tñ
peccatur:qui erga inter multa bona parce nō dico auare viueret:veram perſimoniā
habere probaretur:videtur tñ potius exponendū ēē bonis ſup. hominibus:q: in malis nulla vir
tus eſt:licet quid de genere virtutis faciant:vt licet ſobrie viuant:qui ſua ligurierunt: q: plura
non habent:habere tñ vellent:non virtutis:ſed neceſſitatis cenſendū erit.Et ita in reliquis.
Priuſq̄ ordinem ponam hoc quoq; dixero:ofellum hunc vere ruſticum fuiſſe:nec quouis mo-
do philoſophū. vocat eñ eum ſapientē anormē id eſt ſine regula ⁊ doctrina philoſophica :⁊ mi-
nerua craſſa:non a preceptore:ſcʒ ſed ab experiētia accepta.Itaq; longe diſſentiendū eſt ab a-
crone.Nam ſi finiſtre ingreſſum ſectā ſtoicorum hunc dicamus:nulla ſit eius auctoritas reliq̄.
Preterea expreſſiſſime in hac ſatyra docebitur agricola fuiſſe:⁊ philoſophie nō rudē: ſed oīno
expertem.itē:illic putet aper ⁊c.ſeq̄ndo acronē dices:q̄q̄ putet aper ⁊ rombus:recens.i.licet
ſit recens.Ordo eſt.Diſcite que ⁊ quāta virtus ſit bonis ſup.viris: vel inter bona multa: viue-
re paruo.i.paucis contentum (Nec hic ſermo:eſt meus. i.hec doctrina nō eſt mea:qḋ dicit :q:
cum ſit epicureus videretur forte contra ſectam ſuā dicere:cum tamen epicurus ipſe parciſſi-
me vixerit holuſculis contentus:nec vitium ſit poetis nūc hanc nunc illam inſequi ſectam:allu
dit preterea ad opus ſuū qḋ ſermonū titulo inſcripſit:hic ſermo ergo non eſt meus:ſed ſup. eſt
is quē ofellus ruſticus anormis.i.abſq; dogmate ⁊ norma ſapiens:⁊ ſapiens craſſa minerua.i.
ſapientia inerudita qualem illiterati habere poſſunt:precepit ſup.ſuis:vt poſtea videbimus: ſʒ
ſcies grāmatice anormis hic latina eſt dictio tota:nam grece anomalon primam corripit:itaq;
non ab a greca ꝑticula:ſed latina deductam dices.Hec autem inſerta ſunt per parentheſim:vn
de repetamus)diſcite inquā non inter lances.i.patinas ⁊ menſas nitentes.ſ.vario lutu ⁊ ſplen
dore epulorum:cū.i.quādo acies oculorum.ſ.ſtupet.i.ſtupida ⁊ hebes fit fulgoribus inſanis.i.
valde magnis:vt illic.Inſani feirant ſine littora fluctus: vel inſanis id eſt inſanos facientibus
⁊ cuʒ.i.quādo animus accliuis.i.inclinatus:falſis.i. ad falſas opiniones:hoc eſt ad laudandas
lautiores cenas:recuſat.i.refugit meliora.i.vtiliora ⁊ eligibiliora:vtpote frugalitatem ⁊ parſi-
moniam per quā eſt mens ſana in corpore ſano.vos aūt diſquirite mecū hic verum.i. veritatē
rei:impranſi.i.adhuc ieiuni ⁊ nō corrupti ſplendore epularum:cur hoc.i.forte queretis cur hoc
moneam:ego dicam vobis ſi potero:ideo ſup.hoc monui:q: omnis iudex corruptus examinat
id eſt diſquirit:male.i.inepte verum.i.veritatem rei.Tu ſectatus.i.poſtq̄ venando ſectat⁹ es:
leporem:vepro vel:laſſus.i.laſſatus ⁊ fatigat⁹ ab equo indomito: vel ſi militia romana fatigat
te aſſuetum grecari id eſt grece iocari aut nugari:ſeu.i.ſiue pila velox id eſt corium vento ple-
num ac rotundū qḋ pedibus ac manibus velociter impellitur agit ſup.te:⁊ hoc ſtudio.i.exerci-
tio illo qḋ ſtudioſe facis:fallente id eſt imperceptibiliter tranſire faciente:laborem auſterum.i.
qui alioq̄n auſter⁹ eēt:ſiq̄s inuitus ⁊ coactus faceret:ſeu.i.ſiue diſcus.i.exercitatio ī diſco proij
ciendo in aera:agit.i.impellit ⁊ exercet te:pete.i.laceſſe inuade ꝑcute aera.i.aerem cedentē.i.
locum dantē diſco id eſt globo quodam ac maſſa quo ⁊ qua vires experiuntur ſuas:cum.i.poſt-
q̄ labor.i.exercitatio illa:extuderit.i.eiecerit:faſtidia.i.nauſeā ciborum:⁊ appetitū ac famē ge-
nerauerit:tu ſiccus.i.ſitibundus:⁊ inanis.i. famelicus:ſperne vilem cibum?q.d.ſcio id nō fa-
cies:q: ſic incorrupto ⁊ ieiuno:omnis cibus gratus eſt:ne biberis ſup.aliquid niſi mella hyme
tia.i.ſuauiſſima a loco natiuo ſic dicta:diluta.i.admixta falerno id eſt acri vino:pro eo quod eſt:
niſi falerna vina diluta.i.tēperata melle hymetio.Si ſup.promus.i.diſpenſator:qui promat po
tum aūt cibum eſt:foris.i.nō eſt domi:⁊ mare atrum.i.nubiloſum hyemat.i.tempeſtatem mo-
uet:defendens piſces:eo q̄ piſcatores arcet:tūc ſup.panis cū ſale hñ leniet.i.ſedabit ⁊ placabit
ſtomachū latrantē.i.famelicū:videt̄ famelicus q̄ſi catulos habere in ſtomacho ꝓpter crepitus
quos edit:⁊ hoc more catuli petentis bolū:vñ putas ſup.hoc partū.i.acquiſitū ⁊ inuentū:aut q̄
id eſt quō ſup.putas datū eſt q̄ famelico oīs cibus placet?Rñdet ipſe poeta.q.d.inde partū eſt
q̄ ſumma voluptas nō eſt in nidore.i.odore ciborū:caro.i.quos care emiſti:ſʒ ſumma voluptas ē
in teipō.i.in appetitu tuo:tu q̄re.i.expoſce pulmētaria.i.viliorē victū:ſudādo.i.per ſudorē ⁊ la-
borem:q: neq; oſtrea delicatiſſimū inſectile:nec ſcarus piſcis:tūc habit⁹ in ꝑtio: nec lagois a-
uis leporinas hñs carnes:peregrina.i.lōge q̄ſita:poterit iuuare.i.recreare ⁊ delectare pinguē
vitijs.i.ꝑ vitia hoc eſt ociū ⁊ gulā:nō aūt pinguē a natura:⁊ albū.i.hñtē ventrē ita cibis diſten
tum q̄ albeſcat:⁊ tñ licet voluptas in te nō in reb⁹ eſt:tamen pauone poſito.ſ.ante te:vix eripiā
ſup.eū:vel vix eripiendo efficiā:quin velis poti⁹ tergere palatū tuū.i.irritare ⁊ laute afficere:h

ſcȝ:pauone:ꝙ gallina exiſtens corruptus.vanis.i.vanitatibus rerum: quia auis rara ſcȝ pauo:
veneat .i. vendatur.auro:⁊ quia pandat.i.pandendo ⁊ apiendo oſtentet.ſpectacula.cauda picta
.i.varijs coloribus quaſi picta ſit ornata.(ſic quarto eneid.picteq; volucres)Tanꝙ.i.ꝑinde ac
ſi quicꝙ ꝑtineat ad rē.i.ad guſtū aut bonitatē rei.Nū.i.nūqd tu veſceris illa pluma quā laudas
hoc eſt nūqd laudatā a te plumā pauonis comedis?nū.i.nūqd idē honor.i.idē ornat⁹ adeſt cocto
ſcȝ pauoni q̄ adeſt crudo.q.d.minime(gula tñ inuenit vt plumat⁹ apponat̃ pauo: hȝ aūt carnē dif
ficillime digeſtionis vt ſuꝑ Juuenalē auctoritate diui auguſtini ꝓbabim⁹)ꝙuis nihil diſtet car
ne.i.ꝙtū ad carnē:tñ pȝ te deceptū eſſe magis hac ꝙ illa : imparib⁹ formis.i.ꝑpt̃ impares: for
mas.Id eſt licet caro galline nō ſit deterior carne pauonis:tñ q: pauo hȝ aliā formā ꝙ gallina
tu magis delectaris carne pauonis ꝙ galline:⁊ ita ſumis iudiciū ex colore ⁊ ſpecie diuerſa:eſto
.i.permittatur tibi hoc:ſȝ ſup.dic mihi:vñ datū.i.cōceſſum tibi a natura:ſentis:hic lup⁹ tyberi
n⁹.i.quē ſcis captū in tyberi(eſt eñ piſcis)an hiet capt⁹ : alto.i.in profundo gurgite poſtꝙ ſcȝ
intrauit mare.ne ꝑ an:iactat⁹ inter pontes(vbi optim⁹ credit̃.q: fordib⁹ cloacarū impinguat⁹)
an hyet capt⁹ ſub.i.paulo ante oſtia.i.introitū:ānis tuſci.ſ.tyberis:hoc ē vbi tyberꝭ ītrat mare.
q.d .forte dices te noſſe diſcrimē int̃ pauonē ⁊ gallinā etiā amotis plumis : ſȝ quō cognoſces de
vna ⁊ eadē ſpē piſcis:vtpote lupi:an ſit capt⁹ in ortu:an in medio an in exitu eiuſdē flumis: ⁊ tñ
pluris emis captuȝ inter duos pontes.Ac ſi dicat.id non faceres:niſi opinione praua ducaris.
O inſane tu laudas mullū trilibrē.i.triū librarū:q: tūc tꝑis pauci tanti repiebant̃:queȝ ſup.mul
lū.i.piſcē ſic appellatū:neceſſe eſt vt tu minuas.i.minutim incidas in ſingula pulmenta.i.fruſta
q.d.fruſtra petis piſcē tanti ponderis cū ne vnciatim quidē eū comeſſe poſſes . Ego dicit poe
ta:ſpecies.i.pulchritudo magni piſcis:ducit te.i.video ꝙ forte dices mihi:pulchrū eſſe de tā ma
gno piſce comeſſe ꝙuis fruſtim comedas.ergo ſi magnitudinem amas: q̄ ꝑtinet : odiſſe lupos
.i.tales piſces:ꝓceros.i.oblōgos.hoc eſt quare nō oēs piſces magnos amas.ſcilȝ .i. ſcire licet:
hoc eſt ideo puto id facꝭ:q: natura dedit illis:ſcȝ lupis:maiorē modū.i.menſurā.⁊ his.ſ. mullis
breue pondus.i.modicā grauitatē.hoc eſt tu vis cōtra id qđ natura vult:q: oē rarū carū. Sto
machus ieiun⁹:tēnit.i.cōtēnit:raro vulgaria ſupple cibaria.Gula.i.vorago illa gutturis in ho
mie edace digna harpyis.i.obſcenis illis volucrib⁹: q̄ os virgineū ſȝ dirā ventris ingluuiē ha
bent:⁊ ideo talis gula eſt digna eis rapacib⁹.i.aſſidue rapientib⁹ ⁊ rapinis viuentib⁹.ait.i.dicit
ego vellē magnū ſup.piſcē aut aprū:porrectū.i.extenſum in magno catino.i.vaſe eſcario(Har
pyie note ſunt oib⁹ aliquid in poeſi ſapientib⁹.Sunt aūt tres celeno aello ocypite:quarū duarū
poſteriorū heſiodus in theogonia meminit:celenus aūt Virgili⁹ in tertio eneid. Erāt obſcene
volucres oīa cibaria cōtactu fedātes:⁊ mira voracitate oīa ingurgitantes. de quib⁹ illic videre
eſt)At vos o auſtri.i.venti meridionales hūidi ⁊ calidi:⁊ ideo marie putrefactiui:coquite obſo
nia.i. fercula horū ſup.hoim.i.corrūpite ⁊ putrefacite oēs cibos eoꝝ:q: ꝙꝙ aper aut rhūb⁹ ſup.
ē recēs:tñ ſup. putet .i. fetet:quādo copia.i.abūdātia mala.i.nociua:ſollicitat ſtomachū egrū.i.
epulis oneratū.cū.i.qñ plen⁹.i ſatur:mauult.i.magis vult:rapula.i.parua rapa (Nā tā neutrū
ꝙ femininū reperit̃.ſūt aūt mīores rape:⁊ acerbiores paulo.)⁊ mauult inulas illas radiculas
acidas.i.aliquantulū aceſcentes ⁊ ita punctiuas:⁊ appetit⁹ excitatiuas.Necdū ꝑ nō⁊ adhuc:nō
oīs paupies.i.modicitas ⁊ cibatio pauperū ē abacta.i.reiecta adhuc ab epulis regū:i.ꝑdiuituȝ
viroꝝ.Nā loc⁹ eſt hodie.i.adhuc hodiernis dieb⁹ ꝙuis gula multū creuerit:ouis vilib⁹.i.modi
ci p̄cij.⁊ oleis nigris.i.nigri coloris ⁊ ita acerbiorib⁹.Menſa galloni p̄conis quē etiā lucilli⁹ ta
xat.haud.i.nō erat ita infamis pridē.i.olim accipēſere.i.in qua accipenſer erat appoſit⁹. (Eſt
aūt piſcis rar⁹ inuentu:vn⁹ oim ſquamas ad os verſas habēs)erat aūt piſcis tūc delicat⁹ credi
tus:poſtea in nullo honore quod nō venit niſi ex opinione hoim:vñ querit poeta:quid.i. nūqd:
equora alebant tū .i. tūc min⁹ rhūbū ꝙ nūc ſup.q.d.minime : ⁊ tñ rhūb⁹ qui nūc in magno pre
cio eſt:tūc vilipendebat̃.⁊ ita rhūb⁹ erat tūc tut⁹: q: nemo petebat eū.⁊ ciconia erat in nido tu
to.i.ipaȝ tutante:q: nemo comedit eā ſicut nūc.donec p̄tori⁹ auctor.i.inuentor ciconie apponē
de docuit vos o guloſi.Ergo ſi quis edixerit:id eſt publico quaſi mandato iuſſerit:⁊ preceperit
mergos id eſt volucres vrinantes:aſſos.id eſt aſſatos ⁊ toſtos eſſe ſuaues nunc (quia tamē ari
di ſunt nihil eſt illis toſtis inſuauius ) iuuentus romana docilis praui id eſt que faciliter doce
tur rem prauam. parebit id eſt obtemperabit tali edicto:id eſt faciliter imitabitur prauum inſti
tutum . Et ita concludit homines potius peccare ex falſa opinione:ꝙ ex rerum qualitate . quia
vnam ⁊ eandem rem nunc pluris nunc minoris faciunt: cum tñ non mutetur.

¶ Sordidus a tenui victu diſtabit ofello iudice. Ofellus cū locupletiſſimus eſſet: τ moderatam vitā ageret: ſubito proſcriptus ferebat ſe parū iniquitatē ſentire fortune: qm̄ quidē nihil illi durū in egeſtate priſtine conſuetudinis exercitatiōe videret. Ipſe eſt de quo etiā ſupꝰ dixit Iudice pro iudicante: vt nō nobis rege latino: pro regnante. Cui canis ex vero. d. c. a. auidienꝰ canis dicebatur. Mutatū: defecatū. Licebit ꝙuis. ille re. repotia dicunt ſeptimus dies quo noua ſolet nupta redire ad parentes ſuos. hic ꝓ feſtis diebus. Cornu ipſe. b. c. i. Sunt eñi in venalibus cornua: que olei hn̄t ꝗ̄ntitatem' ſextarij menſure. Veteris nō parcus aceti: ac ſi diceret: in eo ſolo nō auarus: τ q̄ ſunt inutilia liberaliter fundit. Mundus erit qui nō of. ſor. i. mundū ſequitur victū: q̄ neq; i ſordidā neq; i luxurioſam vitā ſit inclinatus. Seuus negligens ad compāda obſonia. Acro

Sordidus a tenui victu diſtabit ofello
Iudice. nam fruſtra vitiū vitaueris illud
Si te alio prauū detorſerit. auidienus
Cui canis ex vero dictum cognomen adheret:
Quinquennes oleas eſt τ ſilueſtria corna.
Ac niſi mutatū parcit diffundere vinū.
Cuius odorem olei nequeas perferre: licebit
Ille repotia natales' alios ve dierum
Feſtos albatus celebret. cornu ipſe bilibri
Caulibus inſtillat: veteris nō parcus aceti.
Quali igitur victu ſapiens vtetur: τ horum
Vtrū imitabitur. hac vrget lupus: hac canis āgit
Mundus erit: qui nō offendat ſordibus: atq;
In neutram ꝑtem cultus miſer. hic neq; ſeruis
Albuti ſenis exemplo dum munia didit:
Seuus erit: nec ſic vt ſimplex neuius vnctam
Cōuiuis prebebit aquā. vitiū hoc quoq; magnū.

¶ Sordidus a tenui. Docet auctore ofello nō eundē eſſe ſordidum q̄ parcus eſt tenui victu vtitur: q2 poſſet q̄s ex virtute ſobrꝰ eſſe. Sordidꝰ aūt nō: nā ſordidꝰ eſt immūde viuēs τ non audens decenter vti ſuis: τ ita peccat tenacitate: in nō decenter expēdēdo. Auarus cupiditate in male acquirendo. Ordo eſt. Victꝰ ſupple ſordidus. i. hōis ſordide viuētis: diſtabit a tenui victu: ofello iudice. i. ſcḋm iudiciū: ofelli. i. qui parcus eſſe volet nō ſic erit parcus vt ſordidus fiat. Nā fruſtra vitaueris illud vitiū. ſ. prodigalitatis: ſi detorſerit. i. extra viam rectā detruſerit te. ſ. prauū alio id eſt ad aliud vitiū: auaricie aut ſordiditatis. Auidienus vir ille ſordidus τ diues: cui cognomen canis: adheret: dictum. i. addictū aut inditū ex vero. i. propter verā imitationē: q2 ſordidus ē vt canis (qui a comedente nunꝙ̄ oculos deflectit donec bolū habeat: nec contētus eſt ſaturitate: ſed qḋ h3 nulli cōicans in terrā fodit) eſt. i. comedit oleas. i. baccas olee: quinquēnes. i. quinq; annorū: τ corna ſilueſtria: ac parcit. i. cauet: diffundere. i. ex vaſis ſuis in pocula fundere vinum niſi ſup. ſit mutatū. i. inuerſum: aut in vappā mutatū: ipſe. i. nō confidens miniſtris: in propria perſona inſtillat caulibus cornu bilibri: oleū ſup. cuius odorē tu neq̄as ꝑferre ꝗ tā grauis ē: inſtillat ſup. ex hīs nō ꝑcus. i. largus aceti veteris. i. euaporati τ ſemi mortui: τ hoc licebit. i. licet ille. ſ. audienus celebrat albatus. i. candidatus (qḋ in ſumma feſtiuitate contingebat qm̄ a dijs īpetrare quicꝙ̄ volebant) repotia. i. octauā a nuptijs aut filie aut neptis in qua cōuenientes amici ac parentes letius viuere ſolent: aut licet celebret natales ſup. ſuos: in quibus veteres maxime genio indulgebant: ve pro vel alios feſtos dierū. i. alios dies feſtos. Igitur ſi hoc vituperabile eſt quali victu vtet ſapiens: τ vtrū hoꝝ. ſ. lupi τ canis quos dicet: imitabitur. Lupus. i. homo vorax τ prodigus vt lupus vrget hac. i. in hac ꝑte inuitat te: ſ. ē ad imitationē vite ſue: τ canis. i. homo īmundus τ nimis auarus vt canis: angit. i. conſtringit te ad imitandum ſe: hac. i. ꝑ hanc ꝑtem? Reſponſio. is erit mundus q̄ non offendat ſordibus. i. auaricia q̄ ſordidū facit: atq; qui neutram. i. non alterā: qui nō eſt cultus miſer. i. vt miſer in alterā ꝑtem. i. neq; ſordide neq; nimis ſplendide: hic. i. hmōi: neq; erit ſeuus. i. auſterus τ rigidus ac imitis dum didit. i. di-

Marginal notes: ASCEN. (beside "¶ Sordidus a tenui. Docet auctore"); Sordidus (beside "eſſe. Sordidꝰ aūt nō"); Auarus (beside "do. Auarus cupiditate"); Canis (beside "canis: adheret: dictum")

nidit diſtribuit ſeruis ſuis: munia. i. officia: exēplo albutij. i. albuti ſenis (propriū enim ſenum eſt eiſſe auarū: tāgit ſeū more ſuo p tranſitū poeta) nec exiſtens ſic ſimplex vt neuius prebebit conuiuis aquā vnctam: qđ ſuperfluū eſt: qꝛ aqua mera mundior eſt vt eligibilior: vel intelligam⁹ albutium eſſe ſeuū. i. nimis magnificū: ſicut maternis ſtat ſeuus in armis: ⁊ ita neuius erit ſordidus: nō niſi aquā modicū vnctam cōuiuis ſuis prebens: quoqꝫ. i. etiā: hoc. i. nimis parcum eſſe: eſt magnū vitium. Ex hoc vltimo v̄bo approbatur hec ſecūda ſententia: qꝛ cum parſimoniā laudet: dicit nimiā parcitatem neuij eſſe vitioſam. ad qđ accedit: ꝙ vt auidienus: nomen factitiuz ab auiditate videtur ſumptum.

Accipe nunc victus tenuis: que q̄taqꝫ ſecum
Afferat in primis valeas bene. nam varie res
Ut noceant homini: credas memor illius eſce:
Que ſimplex olim tibi ſederit: at ſimul aſſis
Miſcueris elixa ſimul: conchilia turdis.
Dulcia ſe in bilem vertent: ſtomachoqꝫ tumultū
Lenta feret pituita. vides vt pallidus omnis
Cena deſurgat dubia? quin corpus onuſtum
Heſternis vitijs: animū quoqꝫ pregrauat vna
Atqꝫ affigit humo diuine particulam aure.
Alter vbi dicto citius curata ſopori
Mēbra dedit: veget⁹ p̄ſcripta ad munia ſurgit
Hic tamē ad melius poterit trāſcurrere quōdā:
Siue diem feſtū rediens adduxerit annus:
Seu recreare volet tenuatū corpus. vbi qꝫ
Accedent anni. tractari mollius etas
Imbecilla volet. tibi quidnā accedat ad iſtam
Quā puer ⁊ validus preſumis molliciē? ſeu
Dura valitudo inciderit? ſeu tarda ſenectus?
Rancidū aprū antiqui laudabant: nō qꝛ naſus
Illis nullus erat: ſed credo hac mente: ꝙ hoſpes
Tardius adueniens viciatū cōmodius: q̄
Integrū edax dominus cōſumeret. hos vtinā īter
Heroas natum tellus me prima tuliſſet.

Acro ¶ Accipe nūc victus: alias dicit cōmoditates eius: qui vtitur victu tenui: cōmoditates ſentit feſtoꝝ dierū: ⁊ languidū corpus facilius recreatur ⁊ ſenectutē facilius ꝯſolatur. Que ſimplex. i. vna quā facile digeſſeris. In bilem. i. peſtem. Pituita fortis idigeſtio. Tibi quidnaz accedat ad iſtam. Te aūt quid poterit delectare in ſenectute: aut poſt egritudinem cum nihil noui derelictum eſt. Dura valitudo: epitheton valitudinis: qꝛ poteſt eē ⁊ bona valitudo. Tellus prima: qꝛ dicitur ante deos nata terra eſſe.

ASCEN. ¶ Accipe nūc victus tenuis. Recitat cōmoda ſobrietatis vt ad eam nos alliciat. Ordo eſt. Accipe. i. intellige audi nunc q̄ ⁊ q̄ta cōmoda: tenuis. i. modicus vict⁹ id eſt ſumptus afferat ſecū: in p̄mis. i. primum hoc boni affert: ꝙ tu valeas bene id eſt ſan⁹ ſis. Nam vt. i. ꝙ res varie id ē varie eſce: noceant homini: credas. i. faciliter credere poſſis: memor id eſt ſi fueris memor: illius eſce id eſt cibi que exiſtēs ſimplex. i. vniformis ⁊ vnius ſpeciei: ſederit id eſt placuerit tibi olim: cum ſcȝ ſobrius ⁊ forte pauper eſſes. At id eſt ſed: ſimul. i. immediate poſtq̄: miſcueris: elixa. i. bulita obſonia aſſis cū aſſatis cibis (hoc autē aduerte: qꝛ vltima ſyllaba illa ſubiunctiui modi i ris ſepe cōmunis reperitur: ſicut hic: miſcueris elixa: ⁊ in carminib⁹ amico que dederis aio: vn̄ dederitis trāſieritis penul. longa: legūtur vt in ſiluis noſtris latius diximus. Sunt tn̄ qui legant hic: miſcuerint: vt ſit ſimul vt elixa miſcuerint ſe aſſis: ſed codices oēs fere miſcueris hn̄t) ⁊ ſimul ac miſcueris: cōchilia. i. piſces vt oſtrea ⁊ conchas: turdis. i. volatilibus delicatis: vt ſunt turdi. Dulcia. i. ea q̄ tibi dulcia erant dū ingurgitares ea: vertent ſe in bilez. i. amarā choleram: ⁊ pituita. i. nociuus: humor feret. i. afferet tumultuz. i. ꝑturbationē ſtomacho

tuo: tu vides: vt. i. qualiter omnis ſup. homo deſurgat. i. ſurgat de cena dubia. i. opipara: vbi ꝓpter multitudinē dubitet quid primū ſumat: deſurgat inq̄ exāīs pallidus: ex nimia oneratione ſtomachi. Quin. i. quinimo: corpus onuſtum. i. oneratum vitijs. i. crapulis: heſternis. i. pridianis hoc eſt pridie illius diei ſumptis: aggrauat quoq̄. i. etiā: vna. i. pariter animū. i. rationē hominis: atq̄ affigit humo. i. rebus terrenis particulam diuine aure. i. ſpiritus celeſtis: hoc eſt animā rationalē quā ex celeſti arce demiſſam ⁊ eſſe ꝑticulam celeſtis ignis credebant: vñ Virgilius. Igneus eſt ollis vigor ⁊ celeſtis origo. Et iterū atq̄ aure ſimplicis ignē. Et Iuuenalis Senſum a celeſti demiſſum traximus arce. Alter. i. qui nō eſt crapuloſus: ſed ſobrꝰ: vbi. i. poſtq̄ dedit ſopori. i. tranquille dormitioni: mēbra curata. i. refecta: citius dicto. i. q̄ dici poſſet: ſurgit vegetus id eſt vt dicunt euigilatus ⁊ agilis ad munia. i. officia ⁊ miniſteria ſua: preſcripta id eſt ipſi aſſignata: ⁊ tamen: licet ſcilꝫ ex ſobrietate illa auſterius modo vixerit: tamen poterit tranſcurrere. i. celeriter ſe applicare: quondā. i. aliqñ tempore futuro: ad melius. i. vberiorem et auctiorem ſumptū: ſiue annus rediens adduxerit diem feſtum: videlicet natalem aut ambaruualem aut ſimilē: ſeu. i. ſiue volet recreare corpus attenuatū: longa ſobrietate ſcꝫ: q̄ pro et vbi id ē poſtq̄ vel quo tpe (ſunt aūt hic due dictiones vbiq̄) anni accedēt. i. quādo ſenior erit: etas. ſ. ſenilis imbecilla. i. fragilis impotens: volet tractari mollius. i. paulo delicatius: quidnā accedat id eſt addi poſſit tibi: o guloſe ⁊ perdite iuuenis: ad iſtam mollicié quā preſumis. i. ante tempus debitum ſumis exiſtens puer. i. multū iuuenis adhuc: ⁊ validus. i. ſanus: hoc eſt q̄d plus poterꝫ tibi lautitiarum facere: ſeu. i. ſiue: valitudo. i. diſpoſitio corporis dura. i. egra ⁊ aduerſa inciderit. i. ſiue egrotari incipias: ⁊ valitudinarius eſſe: ſeu. i. ſiue ſenectus tarda. i. te tardum faciēs ſup. aduenerit: nō eñ pōt incidere: ſenectus. i. caſu interuenire: niſi q̄tum ad apparentiā: qua propter tribulationes ſeniores apparemus. Siue ergo eger fias: ſiue ſenex: nō poteris lautiꝰ ac delicatiꝰ viuere q̄ nūc puer ⁊ validꝰ. Antiqui. i. priſci et maiores noſtri laudabant aprum. i. porcum ſilueſtrē: rancidū. i. qui ex longa ꝯſeruatione cōtraxit rāciditatē (hoc eñ vitiū carniū eſt ſicut acor vini: ⁊ mucor panis: vñ ſunt plebeiꝰ ſiculi: hic bonus eſt promus in cuiꝰ ſepe culina muſcidus eſt panis: caro rācida: pēdula vina) nō ſup. iō laudabāt rancidū aprū: q: nullus naſus id eſt nulla vis odorādi: erat illis: ſꝫ ego credo hac mēte: q̄ hoſpes. i. aliq̄s amicꝰ hoſpitio ſuſceptus adueniens tardiꝰ ſup. q̄ credebat eū ſuſcepturꝰ (. ſ. qui ob eiꝰ aduentū aprū coxerat) cōſumeret cōmodiꝰ. i. cū maiore cōmodo q̄tum ad iudiciū ſuſcipiētis: aprū ſup. vitiatū. i. corruptū ranciditate ex diuturna ꝯſeruatiōe: q̄ dñs edax. i. q̄ edax cēſendus eēt ſi eū ꝯſumpſiſſet: conſumeret integrū. i. incorruptū. Vtinā prima tellus. i. cū primū coli cepta ē: tuliſſꝫ. i. ꝓduxiſſet me natū inter hos. i. hmōi: heroas. i. heroicos ⁊ ſemideos viros: q̄ tam frugaliter vixerunt.

Das aliquid fame: que carmine gratior aurem
Occupat humanā? grandes rombi patineq̄ꝫ
Grande ferunt vna cū damno dedecus. adde
Iratum patruū: vicinos: te tibi iniquum
Et fruſtra mortis cupidum cū deerit egenti
Es laquei precium. iure inquit traſius iſtis
Iurgatur verbis: ego vectigalia magna
Diuitiaſq̄ꝫ habeo tribus amplas regibus: ergo
Qđ ſuperat nō eſt melꝰ quo inſumere poſſis?
Cur eget indignus quiſq̄ te diuite? quare
Templa ruunt antiqua deū: cur improbe care
Non aliquid patrie tanto emetiris aceruo?
Vni nimirū recte tibi ſemper erunt res?

Acro

¶ Das aliq̄d fame: interrogatiue: putas hoc ad famā ꝑtinere nō nihil putas eſſe opinionē bene paſcentis: ⁊ laudari ꝓpter opti ma conuiuia. Vis habere famā: vt latas dicaris per edes. fama gratior: que carmine animos delectat ⁊ docet. Diuitiaſq̄ꝫ hēo. ſatis arrogāter opes ſuas reip. cōparauit. Ergo qđ: q̄ qđ abūdat ñ pōt alia re melius erogari. Vni n. ti. re. i. credis te ſp eſſe felicē ⁊ iō nō premittis q̄dā beneficia q̄ ſis relaturus alia ſuccedēte fortuna. O magnus poſt hac. Cum patrimoniū oē ꝑ luxuriā ꝯſumpſeris eris riſus oībus inimicis tuis. Vter ne ad dubios fidet ſe. ad dubios caſus: q: magis hꝫ fiduciā ille qui cū habuiſſet preſtabat illi: qui luxurioſe fuerat obligatꝰ: ac ꝑ hꝰ memēto ꝯditōis hu-

mane. quia ſemper eſt inſtabilis Hic. qui. p. Quod luxurioſos facit multis rebus aſſidue ꝛ corpore ꝛ mente. Nam qui multis vtitur plura deſiderat. Quo. m. h. c. Verbis meis quibꝰ dixi melius vti exiguo victu. audi qđ dixit Ofellus. Iſte ofellꝰ ꝓſcriptꝰ eſt cuius paterna res ꝛ poſſeſſio tradite militibꝰ auguſti: quã poſtea ofellus ab iiſdẽ cõduxit. ofellũ quendã dicit proſcriptuʒ: qui ita dicebat: non me terret fortuna ꝓſcripti vel paupertas. qꝛ et antea cũ diues eſſem: moderate viuere conſueui. Non. e. n. nouihis intelligitur. vt ſit noui nõ temere narrantẽ. i. vere non quicq̃ in vſum habuiſſe. Tum. p. v. ſ. aut ordinarie menſe ſunt. q̃ ad ſocietatẽ. aut ſecunde que ad delectationẽ proficiunt. Poſt hoc ludus erat. poſt hoc rogabamꝰ vt magno culmo meſſis ſurgeret. Quãto aut ego parcius. Nũquid ex quo agrũ amiſimꝰ minꝰ nituiſtis: cũ eadẽ nobis vita ſit que fuit dominis cõſtitutis. Illũ qui conſumptis bonis agruʒ cõſumpſit. paupertatis enĩ amica eſt nequicies. Itẽ aliter. aut per luxuriã amittet agrũ vendẽdo eũ. aut crimine aliquo reꝰ factus perturbabitur patrimonio ſuo. Nũc ager. v. nomen illiꝰ qui ofelli agrum poſſidebat.

ASLEN.

¶ Das aliquid fame. Reprobat ſtultitiã eoꝝ qui ſibi gloriaʒ cõparare putant ex epuloꝝ ſplẽdore: nimioq; ſumptu. Ordo eſt legendo interrogatiue: das tu aliquid fame? Aut ironice ſic. Tu das fame tue aliquid. i. augmentas famã tuã in aliquo que fama comparata ex opiniõe vulgi exiſtens gratior carmie. i. q̃ eſſet approbatio poete per carmen: ſi ſobrius viueres occupat aurẽ humanam. i. diuulgatur ꝑ homines. Et hoc modo ſenſus

O magnus poſt hac inimicis riſus. vter ne
Ad caſus dubios fidet ſibi certius. hic qui
Pluribus aſſuerit mentem corpuſq; ſuperbum:
An qui contentus paruo metuenſq; futuri
In pace vt ſapiens aptarit idonea bello?
Quo magis his credas. puer hũc ego paruꝰ ofel
Integris opibꝰ noui nõ latiꝰ vſum (lum
Quã nunc acciſis videas metato in agello
Cum pecore ꝛ gnatis fortem mercede colonum.
Non ego: narrantem: temere edi luce profeſta
Quicq̃ preter holus fumoſe cum pede perne
Ac mihi ſeu longũ poſt tempus venerat hoſpes:
Siue operũ vacuo gratus conuiua per imbrem
Vicinus. bene erat non piſcibus vrbe petitis
Sed pullo atq; hedo. tum penſilis vua ſecundas
Et nux ornabat menſas cum duplice ficu.
Poſt hoc ludus erat culpa potare magiſtra
Ac venerata ceres ita culmo ſurgeret alto.
Explicuit vino contracte ſeria frontis.
Seuiat: atq; nouos moueat fortuna tumultus:
Quãtũ hinc iminuet: q̃to aut ego parciꝰ aut vos
O pueri nituiſtis: vt huc nouus incola venit?
Nam proprie telluris herũ natura neq; illum:
Nec me: nec quẽq̃ ſtatuit. nos expulit ille.
Illum aut nequities aut vafri inſcitia iuris
Peſtremum expellet certe viuacior heres.
Nunc ager vmbreni ſub nomine: nuper ofelli
Dictus: erit nulli proprius: ſed cedet in vſum
Nunc mihi nunc alij. quo circa viuite fortes:
Fortiaq; aduerſis opponite pectora rebus.

eſt. forte dices q; ſplendide viuendo comparas tibi laudem popularem: que tibi gratior eſt: q̃ ſi ob ſobrietatem lauderis carmine aliquo. ¶ Porphirio tamen aliter intelligit dicẽs. Hoc antiſtenes dixiſſe traditur. Is enim cum vidiſſet adoleſcentem luxurioſum: ac aromatibus deditum: miſeruʒ te inquit adoleſcens qui nunq̃ audiſti ſummũ acroma. i. laudẽ tuam. hec ille. quaſi

vero laudis ſit ſua conſumpſiſſe. Et ita exponetur ſic. Tu das .i. forte dices ꝙ das aliquid fame
tue ex opinione populi: que exiſtens gratior.i. multū grata: carmine per carmen: vel que grati-
or: occupat carmine.i.per carmen aurē hoīm ⁊c. ſed prior ſententia mihi placet) Oſtendit autē
talē errare ⁊ falli dicēs. rhombi.i. tales piſces grandes.i. magni: ⁊ patine.i. vaſa eſcaria late pa
tentia: ferunt vna.i. pariter cū damnoſcȝ rerū: grande dedecus. hoc eſt tantū abeſt vt vere lau-
dari merearis ob talem luxuriā vt veriſſime vituperari merearis. (videtur autē hinc ſumpſiſſe
Iuuenalem ſatyram de rhombo) Adde: ad damnū ⁊ dedecus ſupple. patruū.i. fratrē patris tui
defuncti (quia eo viuente non haberes adhuc patrimoniū quod nunc conſumis) iratū ſupple
tibi ⁊ vicinos iratos tibi: ⁊ te iniquū.i. incōmodū tibi: ⁊ cupidū.i. qui aliquando cupidus eris:
fruſtra.i. incaſſum: mortis: cū.i. quando es.i. pecunia: appoſitorie preciū.i. vnde habeas preciuȝ
laquei. quo.ſ. te deſperantē amiſſis rebus ſuſpendas: deerit tibi egenti.i. quādo tā pauper eris
ꝙ non habebis vnde emas laqueū ad te ſuſpendendū. Iure inquit Traſius. Ponit obiectionē
in cuius ſolutione docet prodigalitatē omnibus vitioſam: non ſolū.ſ. ijs qui ad paupertatē redi
guntur: ſed etiā tā diuitibus vt vix poſſint inopes fieri. Obiectio aūt talis eſt. Aliquis ſupple
diues inquit aut tu forte inquis. Traſiꝰ aut traliꝰ vir ille ad paupertatē redactꝰ: iurgaꝛ.i. obiur-
gatur: iure.i. merito: iſtis.i. exprobroſis tuis verbis (Et ita ſi codices ita haberent mallē legere
inquis ꝙ inquit: qꝛ priꝰ dixerat in ſecūda perſona. Das aliquid fame) ego habeo magna vectiga
lia.i. redditꝰ ⁊ ꝓuentꝰ etiā priuatos (Nā ⁊ Cicero vectigal ꝓ priuatȝ redditibꝰ accepit: cū fere pu Vectigal
blici ſint vt dicit hic porphirio) ⁊ ego habeo diuitias amplas.i. ſuffecturas tribꝰ regibꝰ. q.d. nō
poſſem paup̄ effici: ⁊ ita poſſum ſecure ⁊ impune luxirioſe viuere. Ad qđ poeta aut ofellꝰ. Ergo ſi
tā diues es ꝙ plꝰ ꝙ̄ ſatis ſit habeas: nō eſt ſupple aliquid: quo.i. in quo poſſis inſumere.i. impen
dere illud qđ ſuperat.i. abūdat: quaſi dicat. lȝ plꝰ ꝙ̄ opꝰ tibi eſt habeas: tn̄ nō cōtinuo licebit inu
tiliter expendere: cū ſit in quo honeſtiꝰ expēdas. Nā cur quiſq̄ indignꝰ ſupple egeſtate: ⁊ dignꝰ
opulentia: eget te diuite.i. dū tu diues es: quare antiqua tēpla deū.i. deorꝝ ruūt.i. decidūt: o im-
probe.i. improbāde: cur nō emetirȝ.i. emetiēdo (ꝑ qđ ſignificaꝛ tā diues ꝙ pecunias metiri poſ-
ſet) expendis ex tanto aceruo.i. cumulo pecuniarū aliquid patrie chare: non que tibi chara eſt:
ſed que merito ſit. Nimirū.i. certe vel haud dubie: res erūt tibi vni.i. ſoli: recte.i. proſpere. hoc
ironice legetur aut per interrogationē figuratā: negatiuā reſponſionē poſtulantē: pauci eñ ꝑ-
manent beati. O ſupple tu qui futurꝰ es poſt hac.i. poſt hoc tp̄us magnꝰ riſus: inimicis.i. qui ab
inimicis tuis quos tibi nūc plurimos cōparas irrideberis: ſupple dic mihi. vter fidet ſibi certiꝰ
ad caſus dubios: ne ꝓ an hic qui aſſuerit.i. aſſuefecerit pluribꝰ ſupple rebꝰ: mētē ⁊ corpꝰ ſuperbū
id eſt elatū: an ſupple is qui exiſtens cōtentꝰ paruo: ⁊ metuēs futuri.i. de tp̄e futuro: aptarit in
pace.i. tp̄e pacis hoc eſt ꝓſperitatis: idonea bello.i. ad bellū: vt.i. quemadmodū ſapiens ſupple
aptat: hoc eſt an qui voluptatibus ſe aſſuefacit tanq̄ in eis ſemper ſecureq́ȝ victurꝰ ſit an qui tē-
pore proſperitatis: duriter viuit vt aſſuefiat malo.i. laboribꝰ ⁊ paupertatibꝰ: ſicut vir prudens in
pace: ea que ad bellū neceſſaria ſunt diſponit ne ingruente bello obruaꝛ improuiſus. Quaſi di-
cat. certū eſt meliꝰ eſſe laboribꝰ aſſuetū eſſe ꝙ̄ delitijs: qꝛ nihil eſt miſeriꝰ ꝙ̄ fuiſſe felicē. Quo.i. ⁊
vt tu credas magis his que dico: ꝙ ſcȝ vir prudens tp̄e ꝓſperitatis ⁊ abūdantie ſe frugalitati ⁊
parſimonie aſſuefacit ſupple ꝓbabo exemplis. Nā: ego adhuc paruꝰ puer: noui hūc ofellū de quo
loquor: non vſum eſſe latiꝰ.i. copioſiꝰ: opibꝰ.i. poſſeſſioībꝰ ⁊ fortunis ſuis: integris.i. ex integro
ſaluis: ꝙ̄ tu videas ſupple eū vti nunc opibꝰ acciſis.i. īmunitis. in agello metato.i. vbi miles qui
eū inuaſit caſtrametatꝰ eſt. Aut metato.i. occupato ab vmbreno illic caſtrametanti: vl' ad men
ſurā illi ꝓ mercede locato: qui olim ꝓpriꝰ erat (victis eñ brutianis quorꝝ partes ſecutꝰ erat: ab
auguſti militibꝰ poſſeſſionibꝰ ſuis priuatꝰ erat) ofellū dico fortē.i. ſtrennuum colonū mercede.i.
mercenariū: cū pecore ⁊ gnatis.i. auxilio pecoris ⁊ liberorꝝ: ex quo ⁊ agro cōducticio ſtremevi-
uit. Noui inquā ofellū narrantē.i. recitando dicentē. ego non edi.i. comedi: luce ꝓfeſta.i. procul
a feſto: aute feſtū.i. die non feſto quicūq́ȝ eſſet: temere.i. quaſi: quicq̄ preter holꝰ cū pede perne.i.
cruris porcini cū parte pulpoſa: fumoſe.i. fumo indurate: ac ſeu.i. ſiue hoſpes.i. aliquis amicus
hoſpitio recipiendus gratis ⁊ iure hoſpitalitatis venerat mihi poſt longū tp̄us: ſiue vicinus exi-
ſtens gratus conuiua venerat mihi vacuo. operū.i. ceſſanti ab opere per imbrē.i. propter im-
briū vehementiā: bene erat ſupple nobis non piſcibus petitis.i. dequiſitis vrbe.i. ab vrbe: ſcilȝ
pullo atq́ȝ hedo (pullus eſt fetus galline: hedus capre: vt notiſſimū eſt. vterq́ȝ aūt ruſticis para-
bilis) Tū.i. inde poſt priorē menſam que ſm̄ Seruiū erat carniū: vua penſilis.i. que ſuſpēſa cō-
ſeruata erat. ⁊ nux ornabat ſecundas menſas. que erat pomorꝝ ⁊ reliquorꝝ fructuū. cū ficu dupli-

ce.i.recēti ⁊ arida:aut q̄ ficu q̄ duplex ē.i.duplici tp̄e ꝑta:ſūt eñi biſere.i.bis ferētes fic⁹ ꝑlime. Poſt hoc.i.poſt talē cibationē:erat lud⁹.i.q̄dā recreatio aīe:potare:culpa exiſtēte magiſtra.i.ꝓhibēte nos modū excedere ſicut mgr̄ diſcipulos coercet:hoc ē timuim⁹ in potādo incurrere culpā:ſicut diſcipuli magiſtrū. nā nō erat ali⁹ mgr̄ nobis quem vereamur p̄terq̄ feditas culpe quā incurrere noluim⁹. Ac:vt ſup.ceres:dea frumenti:venerata.i.ſolēnitate tali honorata:ſurgeret ita.i.per talē feſtiuitatē:alto culmo:explicuit.i.exporrexit ⁊ ſine plicis fecit:vino.i.potu vini:ſeria.i.ſerioſitatē frontꝫ cōtracte:in rugas.ſ.⁊ plicas more triſtiū. Noui etiā ſup.narrantē. Seuiat fortuna:atq̧ moueat nouos tumult⁹.i.noua bella ⁊ expulſiões colonoꝝ veterū q̄tū iminuet.i.auferet ip̄a:hinc.i.ab h̄ ſtatu meo? q.d.vix q̄cq̄. Quāto ego ſup.nitui:aut vos o pueri.i.miniſtri ac familiares mei:nituiſtis.i.ſplēdidi fuiſtis parci⁹.i.magis ſobrie:vt.i.poſtq̄ nou⁹ incola.ſ.vmbren⁹ venit huc.i.in hāc poſſeſſionē meā? q̄ ſup.pri⁹ nitui ac vos nituiſtis.q.d.in nullo. Nā natura nō ſtatuit herū ꝓprie telluris.i.terre:neq̧ illū nec me:nec quēq̄. Ille ſcꝫ nou⁹ hoſpes vmbren⁹ expulit nos (Hec aūt dicit nō ſine nota tp̄is ſui:⁊ ita tangit auguſtū licet amicū.iuxta q̄d dictū ē. Dē vafer vitiū:ridēti flacc⁹ amico tāgit) neq̄cies.i.ꝑdita ⁊ luxurioſa vita:aut inſcitia.i.ignorantia vafri iuris:aut poſtremū heres viuacior.i.diuti⁹ viuens expellet eū: ſcꝫ vmbrenū: Ager ſup.q̄ d̄r nūc vmbreni.ſ.militꝫ:dict⁹ nuꝑ ofelli.i.me⁹: erit nulli ꝓpri⁹.i.ꝑpetu⁹: ſꝫ cedet in vſum.i.cōmodabit̄ vſus ei⁹ nūc mihi nūc alij:quocirca.i.quapropt̄ o pueri:viuite fortes:⁊ opponite fortia pectora reb⁹ aduerſis.q.d.forti aīo poteritꝫ fortunā ꝯtēnē:⁊ i vtraq̧ fortuna leti⁹ viuē. Ex his ergo manifeſtiſſime ꝯuincit̄ ofellū fuiſſe verū agricolā nō ſtoicū:nā ſi horati⁹ eū puer colonū nouit:nūcq̧ i agro eodē mercēnariū viuere vbi olim dn̄s viuebat:certū ē q̄ neq̧ olim neq̧ nūc ph̄us ſit. Nec facit ꝯtra auctoritatē ante dictoꝝ:nā in his q̄ ad economicā ꝑtinēt:experientia ſūma magiſtra eſt. Multa aūt ſūt q̄ diligēs lector ꝑ ſe ānotare poterit. Nō aūt placuit acronē in hoc ſeq̄ vt ordo ſit:noui narrātē nō temere.ſꝫ:noui narrātē.ego temere.i. fere nō edi ⁊c. neq̧ in hoc ſe ſordidū fuiſſe fatet̄ ſꝫ frugalē:q: nō dicit ſe comediſſe ſolū hol⁹ dieb⁹ ꝓfeſtis:ſꝫ holus cū perna:q̄ cib⁹ agricole ſatis ſplēdid⁹ eſt. Notatu aūt dignū eſt q̄ vicinū dicit ſibi gratū cōuiuā fuiſſe ſignificās ꝑ hoc cōcordiā ac bn̄ficētiā int̄ vicinos ſūmope eſſe ſeruandā. Pōderoſi⁹ aūt eſt q̄d pri⁹ dixit q̄ ſapiēs aptat in pace ea q̄ ſunt idonea bello:nō vt bellū inferat ſed propulſet. Magne aūt fortitudinis eſt prouocare quodāmodo fortunā:ſicut ofellus dicens. Seuiat atq̧ nouos moueat fortuna tumultus. Sed illud iucūdiſſimū:q̄ q̄to quis min⁹ habeat:tāto cōtra fortunā armatior ſit. Nihil eñi habenti nihil auferri poteſt.vn̄ ſubdit cām ſecuritatis ſue dicens. Quantū hic iminuet.q.d.minimū. Nec caret pondere ſuo q̄ oſtendit nullū ꝑpetuū eē heredē:graphice aūt enūerat ea quib⁹ heredes mutari ſolēt:aut ꝑ nequā vitā ꝓpriā: aut per iniquā cauillationē:alicui⁹ aliena iura inuadētis:aut poſtremū per ſucceſſorē:q: morituro nihil ꝑpetuū ē:nihilq̧ a nobis hic ꝑpetuo poſſideri pōt:niſi de more ꝑpetuū voces:q̄d ad finē vite duraturꝫ ē. Q̄d aūt i fine dicit.quocirca viuite fort.poti⁹ credere hora.q̄ ofelli v̄ba eo q̄ ph̄ica ſūt.

ACRO.

(f)Ic raro.ſ. Damaſippuz inducit ſecum loquentē: qui conſumpto patrimonio per luxuriā contulit ſe ad ſtoicam ſectam. dicit etiam de his qui aliena peccata notant obliti ſuorum. iſte autem damaſippus quodā ſtertinio ſtoico cepit philoſophari hortante. hyperbaton a ſuperioribus. ſic raro ſcribis. Quid fiet.ac per hoc quod expedit vt negligas. ⁊ te incuſes tamen emendes. Ab ipſis ſ.impatiens frigoris fuit Horatius: ⁊ conſtat illo tempore ſaturnaliorum in villa validiorem focum fieri:⁊ ipſe ſeſe impatientem frigoris probat in libris epiſtolarū q̄ ſi bruma niues albanis illinet

## Satyra tertia.

(f)Ic raro ſcribis vt toto nō quater anno
(f) Mēbranā poſcas ſcriptoꝝ q̄q̧ retexēs
Iratus tibi: q̄ vini ſomniq̧ benignus
Nil dignum ſermone canas:quid fiet? ab ipſis
Saturnalibus huc fugiſti.ſobrius ergo
Dic aliquid dignum promiſſis.incipe.nil eſt.
Culpantur fruſtra calami:immeritusq̧ laborat
Iratis natus paries dijs: atq̧ poetis.
Atqui vultus erat multa ⁊ preclara minantis
Si vacuum tepido cepiſſet villula tecto.

Quorſum pertinuit ſtipare platona menandro
Eupolin archilochum comites educere tantos?
Inuidiam placare paras virtute relicta?
Contemnere miſer. vitanda eſt improba ſiren
Deſidia: aut quicquid vita meliore paraſti
Ponendum equo animo. dij te damaſippe deeq;
Verum ob conſilium donent tonſore: ſed vnde
Tam bene me noſti? poſtq̄ omnis res mea ianū
Ad medium fracta eſt: aliena negocia curo
Excuſſus proprijs. olim nam querere amabam
Quo vafer ille pedes lauiſſet ſiſiphus ere.
Quod ſculptum infabre. quod fuſuz durius eſſet
Callidus huic ſigno ponebam millia centum
Hortos egregiaſq; domos mercarier vnus
Cum lucro noram: vnde frequentia mercuriale
Impoſuere mihi cognomen compita. noui
Et miror morbi purgatum te illius. atqui
Emouit veterem mire nouus vt ſolet: in cor
Traiecto lateris miſeri capitis ve dolore
Ut letargicus hic cuz fit pugil. ⁊ medicum vrget
Dū nequid ſimile huic. eſto vt libet. o bone te ne
Fruſtrere: inſanis ⁊ tu ſtultiq; prope omnes
Si quid ſtertinius veri crepat. vnde ego mira
Deſcripſi docilis precepta hec tempore quo me
Solatus: iuſſit ſapientem paſcere barbam.
Atq; a fabritio non triſtem ponte reuerti:
Nam male re geſta. cum vellem mittere operto
Me capite in flumen dexter ſtetit: ⁊ caue faxis
Te quicq̄ indignū. pudor: inquit: te malus vrget
Inſanos qui inter vereare inſanus haberi:
Primū nā inquirā: quid ſit furere: hoc ſi erit in te
Solo: nil verbi: pereas quin fortiter: addam.

agris: Ad mare deſcendet vates tuus ⁊ ſibi parcet. primo die mē ſis decēb. ſaturnalia celebrant. Iratis natus paries dijs. Solebant enim antiqui poete parietes lectis ſuis proximos cera illinere ⁊ habere graphia iuxta vt ſi forte noctu aliquid accidiſſet: id ante obliuionem litteris notarent. Mināſtis preclara. Unde poeta per contrarium. promiſi vltorem. pro minat⁹ ſum. Stipare platona menandro. id eſt platonem ⁊ menandrum componere. hoc eſt iſtos tecum auctores portare ad agruz. Vitanda eſt improba ſiren. ſireni comparat deſidiam: quia quemadmodum ſiren cum pernicie delectat: ita deſidia non abſq; damno delectat. diffinitio deſidie. improba ſiren. Dij te damaſippe deeq; verū ob conſiliū donent tonſore. permittant tibi philoſophi quos ſequeris barbam tondere. quaſi ad eum loquitur qui barba demiſſa ſit ſicut ruſticorum. Ad mediū ianum. Iani ſtatue tres erant. ad vnā illarū ſolebant cōuenire creditores ⁊ feneratores alij ad reddendum: alij ad locandum fenus. Fracta. cōminuta. ꝑdita. Quo vafer ille pedes lauiſſet ſiſiphus ere. i. vaſa antiquit⁹ facta. ſiſiphus eñi artifex fuit: q̄ vaſa erea formabat. Negociator erat ſtoicus: qui vaſa que emerat precio venūdabat. Et miror morbi purgatū te illius. damaſippe dum ne freneticus fias ⁊ me cedas q̄uis labores morbo. In cor traiecto la. interdum ſtudio medicorū dolor capit̄ trāſit ad aliā partē: vt meli⁹ eſt lethargicū fieri q̄ melancholicū. nam ſolēt medici ab alia parte corporis ad aliā deriuare morbū: qui nōnūq̄ medici ſtudētes lethargicos faciunt phreneticos. Contrarij ſunt hi morbi cardiacus ⁊ lethargicus: ille ſomno ille ſiti dedit⁹ eſt. Inſanis ⁊ tu ſtultiq; prope omnes. ſm opinionem ſtoicorum qui dicunt omnes inſa-

uire preter ſapientes:ac ſe tm̄modo ſapientes appellant. Atq̃ .a.f. Stertinius damaſippum a pontis p̄cipitio reuocatū: ad ph̄iam hortatus eſt: cū ille bonis oībus ꝑditis cuperet interire fuit aūt ſtertinius de ſtoicis q̄ oēs ſtultos inſanos aiūt: ⁊ i ſingulis inſanire varia genera. Dex ter: ꝓpitius. Nil ver. ordo. nil verbi addā quin fortiter pereas.

¶ Argumentū Aſcenſianū ſatyre tertie ſecundi.

ASCEN. Tertia mortales docet inſanire fere omnes.

¶ Ordo eſt. Tertia ſupple ſatyra ſecundi libri: docet fere omnes mortales inſanire: id eſt ſtultos eſſe.

Tum parochi faciē nil ſic metuentis: vt acres
Potores: vel ꝙ maledicūt liberius: vel
Feruida ꝙ ſubtile exurdant vina palatum:
Inuertunt aliphanis vinaria tota
Vibidius balatroqꝫ: ſecutis omnibus: imi
Conuiue lecti nihilū nocuere lagenis.
Affertur ſquillas inter murena natantes
In patina porrecta: ſub hoc her⁹: hec grauida īqt.
Capta eſt deterior poſt partū carne futura.
His mixtū ius eſt oleo: quod prima venafri
Preſſit cella: garo de ſuccis piſcis iberi:
Vino quinquēni: verū citra mare nato
Dum coquitur coo chium ſic cōuenit: vt non
Hoc magis vllū aliud pipere albo: nō ſine aceto
Quod methimneā vitio mutauerit vuam.
Erucas virides: inulas ego primus amaras
Monſtraui incoquere. illutos cotillus echinos:
Vt melius muria: ꝙ teſta marina remittat.

Acro Ab ipſo: ipſe te melius docebit: qui mihi narrauit. Vertere pallor: tum parochi facie: parochi dicūtur qui hoſpitib⁹ publice exhibent neceſſaria: hic tū paſcentis ⁊ domini. Vel feruida. i. ideo q: multum biberunt iam neſciūt quid guſtant. naꝫ palatū ait multo vino ſurdum factum. i. tale vt iaꝫ nō poſſit ſentire saporē. Subtile quaſi ſubtiliter ⁊ ſatis perite ſolet eñ ſapores dignoſcere. Exurdant: ſurdū faciunt vt nō ſentiant saporē. Inuertunt. i. exhauriunt: nam qñ vas exhauſtū fuerit inuertitur ita: vt os ipſi⁹ humum tangat. Catacephales: aliphanū oppidum volunt: vbi maiores calices fiebant. Alij a vico vbi fictiles ⁊ ſubtiles in vſu ſunt. Garro: genus ſalſamenti.

ASCEN. ¶ Poſt hec me docuit. Proſequitur eādē rem fundani⁹ dicēs Nomētanus docuit me poſt hec ſcꝫ dcā: melimella. i. illos dulces fructus rubere melius delecta. i. cū delectu carpta ad lunā minorem. i. cū iminuta eſt: q̄d hoc. ſ. ꝙ ad minorē lunā ⁊ nō ad plenā deligātur interſit. i. differat. diſces tu meli⁹ ab ipſo. ſ. naſidieno. Tū id eſt poſtꝙ̄ cibis refecti ſunt: vibidius: ſcurra ⁊ paſit⁹: dixit ſup. balatroni: nos moriemur iulti. ſ. de iſto apparatu: niſi bibim⁹ dānoſe. i. vſqꝫ ad egritudinem cerebri noſtri ⁊ iacturam dñi. Et ſup. hoc dicto: poſcit calices maiores id eſt pocula maiora. pallor indicium timoris: vertere ſup. cepit: vel vertere id eſt vertebat: tum. i. tunc: faciem parochi id eſt domini conuiuij (q̄ vt poch⁹ ligna ſaleꝫ ⁊ aquā prebebat) metuētis nil. i. nihil ſic: vt potores acres id ē vehemētes: vel ꝙ. i. quia poti. ſ. maledicunt liberius (vñ dictū eſt in primo libro. Sepe tribus videas lectis cenare quaternos. E quibus vnus auet quauis aſpergere cunctos preter euꝫ qui prebet aquā: poſt hunc quoqꝫ potus) vel ꝙ feruida vina: exurdant. i. ſurdum ⁊ ſine guſtu faciunt palatum ſubtile. i. tenerum ⁊ cito corruptibile: vel qd̄ ſubtile eſſe debet pro dijudicandis cibis: vibidius ⁊ balatro: paraſiti illi ⁊ vehementes potores: inuertunt. i. euacuant tota vinaria ſupple vaſa quibus vina allata ſunt: aliphanis. i. poculis minoribus a loco ſic dictis. ⁊ hoc omnibus qui in eo lecto erant: ſecutis. i. ſequentibus. cōuiue imi. i. infimi⁹ lecti nihilum nocuere lagenis. i. modeſte biberunt. Murena. i. piſcis ille affertur ī patina: porrecta. i. extēſa inter ſquillas alios piſces: natantes. ſ. in iure ſuo. Herus. i. dñs cōuiuij. ſ. naſidienus: inquit ſub hoc. i. cum illa afferretur. hec ſcꝫ murena: capta eſt grauida: futura deterior carne. i. minus bonam carnem habitura poſt partum. i. poſtꝙ̄ pepiſſet. His ſupple piſcibus eſt ius mixtuꝫ oleo qd̄ prima id eſt laudatiſſima cella: venafri: illius oppidi circa quod laudatiſſimuꝫ naſcitur oleum preſſit: ⁊ ſupple garo id eſt liquamine aut ſalſamēto de ſuccis piſcis hiberi id eſt in mari hibero capti: ⁊ ſup.

vino ꝗnquenni.i.quinꝗ ānoꝝ: verū.i.ſed nato.i.pducto citra mare: hoc eſt in italia: chiū ſup. vinum. conuenit: id eſt concordat ſic coo ſupple vino: dum.i.ꝙdiu coquitur. vt vllum ſupple vinū non conueniat ſupple magis: hoc.i.ꝙ hoc ſcȝ chiū vinum: ⁊ mixtū ſupple albo pipere: nō ſine.i. cū aceto: quod mutauerit vitio ſcȝ acoris ſeu aciditatis: vuā methymneā: ab vrbe leſbi vbi optimū fit vinū ſic dictā. Ex optimo eñ vino ſolet fieri optimū acetū. Ego inquit naſidienus: docui prim⁹ incoquere inulas amaras.i.quas coquendo in illo vino amaras facio vt appetitū excitēt cotillus ſupple monſtrauit: vt.i. qualiter muria remittat.i. temperet echinnos ſupple piſces illutos ſcȝ ſalſedine: melius.i. cōmodius ꝙ teſta marina.i.ꝙ liquamen factū de piſce marino teſtato. ſunt qui aliter intelligant: ſed ſuus cuiꝗ ſenſus eſt.

Interea ſuſpenſa graues aulea ruinas
In patinā fecere trahentia pulueris atri:
Quantū non aquilo campanis excitat agris.
Nos maius veriti: poſtꝙ nihil eſſe pericli
Senſimus: erigimur. rufus poſito capite. vt ſi
Filius īmaturus obiſſet: flere quis eſſet
Finis: ni ſapiens ſic nomentanus amicum
Tolleret: heu fortuna: quis eſt crudelior in nos
Te deus: vt ſemper gaudes illudere rebus
Humanis: varius mappa compeſcere riſum
Vix poterat. balatro ſuſpendens omnia naſo:
Hec eſt conditio viuendi aiebat: eoꝗ
Reſponſura tuo nunꝙ eſt par fama labori.
Te ne: vt ego accipiar laute: torquerier omni
Sollicitudine diſtrictum. ne panis aduſtus
Ne male conditum ius apponatur. vt omnes
Precincti recte pueri comptiꝗ miniſtrent:
Adde hos preterea caſus: aulea ruant ſi
Vt modo: ſi patinaȝ pede lapſus frangat agaſo:
Sed conuiuatoris vti ducis ingenium res
Aduerſe nudare ſolent: celare ſecunde.

ACRO

¶ Pulueris atri deeſt tantū. Nos ma. veriti.i. maiorē ruinā timētes. Erigimur. apparet hic conuiuas ſe proiecisse in terraȝ Vt ſi filius īmaturus. tanꝙ fuiſſet filij orbitate percuſſus. Vt ſapiens ſic. idē conſolādo his verbis. Vt qualiter ⁊ quaſi lamentando hoc loquitur. Mappa cōpeſcere riſum. Mappam eñ in ore cauſa riſus ponebant. Suſpendens omnia naſo. quia om̄ia deridere ſolebat. Reſpōſura tuo non eſt. ſuperat factū tuas laudes. hoc eſt cōdigne laudari nō potes. illi autē dicit balatro qui prebet cōuiuiū.i. naſidieno. Te ne. ſupple decȝ. Accipiat. paſcat vt illos porticibus rex accipiebat in amplis. Patinā ſi frāgat. Agaſo proprie dicitur ſeruus ꝗ iumenta curat. hic autē ſatyrice eſcarū miniſtrū agaſonē appellauit: quē vulgo dicunt inferiorē. Sed conuiuatoris vti. Quēadmodū dux exercitus in aduerſis rebus probatur: vtrū ſciat bene opitulari ſuo exercitui. ⁊ tutari illū. nā ⁊ felicitas etiā ⁊ imperiū militie celat. ita ⁊ conuiuatoris prudentia ī aduerſis rebus probatur quēadmodū ſciat conſolari ſuos conuiuas.

ASCEN.

¶ Interea ſuſpenſa ⁊c. Id ferecontingit vt dū feſtiui ac leti eſſe cupimus aliquid moleſtie intercidat: ſed iucūdiſſima eſt narratio: quē rebus ridiculis graues ſententias intermiſcet. Ordo eſt. Interea dū ſic gloriabund⁹ inuenta ſua narraret naſidienus: aulea.i. veſtes intertexte (cuiuſmodi ſunt tapeta. que tamen proprie ſunt dū ſubſternantur: ſicut aulea que in aulis ſuſpenduntur) ſuſpenſa.i. ſurſum penſa ad arcendos pulueres: fecere.i. fecerunt graues ruinas.i. caſus in patinā.i. vas eſcarium trahentia ſupple tantū atri.i. immundi ⁊ nigri pulueris: quantū ſupple pulueris: aquilo.i. ventus ille impetuoſus non excitat.i. cōmouet in agris campanis qui arenoſi ac puluerulenti ſunt. Nos ſcȝ cōuiue: veriti: grauius ſupple periculū videlicet ruinā totius triclinij: poſtꝙ ſenſimus nihil pericli pro periculi: eſſe erigimur: ⁊ animo ⁊ corpore: qui compreſſi ⁊ attonitti eramus. rufus.ſ. naſi-

Aulea.
Tapeta.

dienus reꝝ conuiuij:flere:ſupple cepit:aut flere.i.flebat:capite poſito.i.inclinato:vt.i.quemadmodū ſupple fleret:ſi filius obiſſet imaturus .i.morte imatura. Quis eſſet finis ſupple flendi? quaſi dicat nullus.ni.i.niſi nomentanus ſapiens.i.peritus aſſentator:tolleret.i.erigeret conſolando amicū ſcꝫ naſidienū ſic.i.talibus verbis. Heu fortuna:quis deus eſt crudelior in nos.i. i genus humanū te.i.ꝙ tu.quaſi dicat nullus.vt.i. qualiter (admirantis eſt) tu gaudes ſemper illudere rebus humanis.hec grauis eſt ſentētia de rebus ridiculoſis. Unde Varius poeta vix poterat compeſcere.i. cōtinere riſum: mappa:quā ſcꝫ in os ingerebat aut mordebat. Balatro paraſitus neꝙ ſuſpendens omnia naſo.i.vafre irridens:ita ꝙ ſic ſuſpenſe loqueretur vt neſcias ſerio ne ac ioco id dixerit.aiebat. hec.i.huiuſmodi.ſ.dubia ⁊ infortunio ſubiecta eſt conditio viuendi:eoꝙ.i.⁊ ideo:fama par.i.equalis nunꝙ eſt reſpōſura tuo labori.i.nunꝙ famā ꝯſequeris equalē laboribus tuis. Te ne.i.nunquid ſupple equū aut iuſtū aut dijs placitum eſt te torquerier (pro torqueri).i.cruciari vt ego accipiar laute.i.ſplendide ⁊ opipare:te inquā diſtrictū.i.anguſtiatū omni ſollicitudine:ne panis ſupple ſit aduſtus:vel ne panis apponatur aduſtus:⁊ ne ius apponatur male.i.indecenter conditū. ⁊ vt omnes pueri miniſtrent precincti ⁊ compti recte. Adde preterea.i.preter alias ſollicitudines tuas:hos.i.huiuſmodi caſus.i.infortunia (ſed bene alludit ad caſum auleoꝝ que ceciderant) ſi aulea ruant.i.decidant: vt mō ſupple ruerunt aut deciderunt. Et ſi agaſo.i.rudis miniſter vt ſolent eſſe agaſones.i.muloꝝ equoꝝ ve aut aſinorum directores:lapſus pede:frangat patinā.i.vas eſcariū patens:⁊ forte fictile:quia in eo minꝰ cōtrahit malū saporē. ſed res aduerſe ſolēt nudare.i.reuelare ⁊ manifeſtare: ⁊ oculis quaſi nudū qui prius tectus erat obijcere:animū conuiuatoris.i.cōuiuia parantis.vti.i.ſicut ducis ſupple animū nudare ſolent:⁊ ſecunde.i.proſpere ſupple res ſolent celare animū cōuiuatoris ⁊ ducis quia fortitudo in aduerſitate potiſſimū ꝓſpicit:ꝙuis inuenias tēperatiores in aduerſis ꝙ letis

ACRo. ¶ Nullos his mallē. hoc Horatius.id eſt magis vellē hos cenantes ſpectaſſe ꝙ quoſuis ludos. Vibidius dū.fundanius.ſecūdo ex triſti facto hylari. Mutate frontis.iā letior. Mazonomo.genus lancis eſt.in qua portantur eſce veluti grande ſalſare Iecur a parte totum. Ut multo ſuauius. Quia clunibus aliquid habetur tetri odoris ⁊ saporis minus iocundi. Niſi cauſas.iſta pulmenta que attulit nobis naſidienus ſuauia concederemus: niſi nobis narraſſet cauſam quare partes eoꝝ non attuliſſet. Intelligimus eñi naſidienū dixiſſe vermes inueniſſe in cunctis partibus quas non attulit.

ASCEN. ¶ Naſidienus ⁊c. Ita ſuſpēſo naſo dixerat balatro ſuperiora:vt naſidienus ſevere laudatū putaret.vnde ſequitur. Naſidienus ſupple reſpondit ad hec ſupple dicta balatroni. O balatro amice:dij dent tibi quecunꝙ cōmoda precaris:ita.i. intantū es tu vir bonus:⁊ comis.i.conciuinus conuiua. Et ſupple hoc dicto:poſcit ſoleas.i.crepidas ſuas.quas exuerat cū toꝝ conſcenderet:tum.i.poſtꝙ habitꝰ ſoleis

Naſidienus ad hec.tibi dij quecūꝙ precaris
Cōmoda dent.ita vir bonus es:cōuiuaꝙ comis
Et ſoleas poſcit.tū in lecto quocūꝙ videres
Stridere ſecreta diuiſos aure ſuſurros.
Nullos his mallē ludos ſpectaſſe:ſed illa
Redde age:que deinceps riſiſti.vibidius dū
Querit de pueris:nū ſit quoꝙ fracta lagena?
Quod ſibi poſcenti non dentur pocula:dūꝙ
Ridetur fictis rerū balatrone:ſecundo
Naſidiene redis mutate frontis vt arte
Emendaturus fortunam.deinde ſecuti
Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes
Membra gruis ſparſi ſale multo:non ſine farre:
Pinguibus ⁊ ficis paſtū iecur anſeris albi:
Et leporum auulſos vt multo ſuauius armos
Quaꝫ ſi cū lumbis quis edat.tū pectore aduſto
Vidimus ⁊ merulas poni.⁊ ſine clune palumbes
Suauis res:ſi non cauſas narraret earū ⁊

Naturas dominus: quem nos ſic fugimus vlti:
Ut nihil omnino guſtaremus: velut illis
Canidia affl aſſet peioꝛ ſerpentibus aphꝛis.

diſceſſerat: tu videres.i.quilibet qui adeſſet videre poſſet: ſuſurros diuiſos.i.ex diuerſa pte ortos: ſtridere.i.ſtridoꝛem facere. Eſt aūt hic a ſtrido tertie coniugationis: non a ſtrideo ſecunde. quia penultimā coꝛripit) in aure ſecreta in quocūꝗ lecto: ſcꝫ triclinij. Reſpondet Horatiꝰ. Ego nullos.i.non vllos.ego non mallē.i.magis vellē ſpectaſſe vllos ludos his.i. ꝙ hos: quos mihi narras. Sed age redde illa que riſiſti deinceps. Reſpondet Fundanius. Uibidius paraſitus ille dū querit.i.percunctatur de pueris: nū.i.nunquid lagena ſit quoꝗ.i.etiā fracta: ꝙ.i.quia: pocula.i.potus non dentur ſibi poſcenti.i.petenti: ꝗ pro ⁊: dū.i.quando: vibidius.ſ. quia ſcurram ſcurra ridet: ridetur balatrone: fictis.i.fictitijs rerū hoc eſt rebus fictis. O naſidiene tu redis ſecundo.i.iterū frontis mutate.i.habens frontē mutatā: hoc eſt hilarioꝛē: vt.i.tanꝙ emendaturus arte.i.induſtria: foꝛtunā. deinde pueri.i.miſtri ſecuti ſupple ſunt: ferentes.i.appoꝛtātes magno mazonomo.i.lāce ſic dicta: mēbꝛa gruis ſpſi multo ſale: nō ſine farre diſcerpta: ⁊ iecur albi anſeris paſtū.i.enutritū pinguibus ficis ⁊ armos lepoꝝ (de quibus dictū eſt: fecundi lepoꝛis ſapiens ſectabitur armos) auulſos: vt.i.tāꝙ multo ſuauius.i.rem multo ſuauioꝛē. ꝙ ſi quis edat cū lumbis.i.cū poſterioꝛi parte tū.i.deinde vidimus ⁊.i.etiā merulas poni aduſto pectoꝛe: ⁊ palumbes ſine clune. appoſitoꝛie. Res ſuauis.i.ſuaues ſi dñs ſcꝫ naſidienus non narraret.i.narrauiſſet cauſas earū ſupple rerū. Cauſe aūt erant quia dixit conſeruatas eſſe tam diu ꝙ mediuꝫ earū eſſet putrefactū: quia nunc quoꝗ multis viſum eſt nihil ſatis tenerū aut delicatū: niſi ſit ſemiputridū: quē ſupple dñm nos vlti.i.ſumentes vltionē (cū eñ ſumme laudis putaret laute paraſſe cibos conuiuis gratos: nihil ei triſtius poterat accidere contemptis cibis conuiuas aufugere: vltionis ergo genus eſt cibos coꝛruptos non attingere) nos ergo vlti fugimus ſic vt nihil omnino guſtaremus: velut canidia: illa venefica neapolitana de qua prius dictū eſt: exiſtēs peioꝛ.i. venenoſioꝛ ſerpentibus aphꝛis: qui tamen venenoſiſſimi ſunt: afflaſſet.i. flatuꝫ venenoſum inſpiraſſet illis ſupple cibis ſemicoꝛruptis.

¶ Hec quanta potui bꝛeuitate ⁊ cōmoditate ſuper ſermones hoꝛatianos collegimus.

¶ Finis vtriuſꝗ cōmentarij in vtrūꝗ
ſermonum Quinti Flacci Hoꝛatij

# Epiſtolarū Horatij familiare cōmentum Cum Acronis ſubtiliſſima explanatione

## Argumenta Aſcenſiana epiſtolarum primi libri Quinti Horatij Flacci.

Ad Mecenatem que fertur Epiſtola prima
Virtuti & ſophie monet impalleſcere ſancte
Teq; Secunda monēs Lolli:cōmēdat homerū.
Plurima perquirit redituru̅ Tertia Floru̅.
Fortunis vti te Quarta tuis monet Albi
Torquatum ad cenam iocundā Quinta vocabit.
Normā viuendi tibi monſtrat Sexta Numici.
Ocia diuitijs liberrima: Septima prefert
Egru̅ Octaua animu̅ Flacci docet Albinouanu̅.
Septimiu̅ charu̅ cōmendat Nona Neroni.
In Decima requiē ruris tibi laudat Ariſti.
Bullati Undecimā legis a curis reuocantē.
Te Duodena tuis vti bene cōprobat Icci.
In Decimaterna perferre doceris Aſella.
In Decimaquarta laudat tibi villice rura.
In Decimaquinta rogitaris plurima Valla.
In Decimaſexta taxat te ſcōmate Meni.
Septima poſt decimā poſitu̅ agri fert animiq;.
In Decimaoctaua rege & rebus docet vti
In Decimanona docet officium probitatis
Biſdena ebrietas:potuſq; poeta notatur.
Ad librum recitat vitam Suprema poete.

Secundi libri.

Auguſtu̅ Libri collaudat Prima ſecundi
Iudiciu̅ ſtolidi mox damnatura popelli
Ultima ſcribentem nil:purgat Epiſtola Floro

Iodocus Badius Aſcenſius: Religioſis admodū fratribus domus ſan
cti hieronymi Gandaui ad ſcaldem diuiq; Baptiſtæ ædes: cultis ſane
cum litteris tum virtutibus viris: ſibiq; longe obſeruandis. S. D.

I magnanimū æacidē formidatāq; tonanti (vt ſtatius inquit) proge
niem: litteræ collaudant oēs: ꝙ metuens (vt iuuenalis in octaua reci
tat) virgæ iam grandis natu cantabat patriis in montib⁹: Chirona vi
delicet educatorē ac præceptorē ſuū: & (ſi homero credim⁹) centauroꝝ iu
ſtiſſimū: quādoquidē æthnicis atq; gētilib⁹ recte perſuaſum eſſet: præcepto
res animorū (vt Quintilian⁹ inquit) parentes: nō min⁹ ꝗ ipſa ſtudia diligē
dos: quapropter ibidē præmiſerat Iuuenalis Dii maioꝝ vmbris tenuē & ſi=
ne pondere terram; Spiranteſq; crocos & in vrna ꝑpetuū ver: Qui ꝓcepto
rem ſancti voluere parentis Eſſe loco. Si inquā marti⁹ ille heros ad bellicam
gloriā nat⁹ ob id iuſtiſſime laudat: ꝙ molli cithara: fidibuſq; canoris: præce
ptoris ſui laudes atq; ꝓconia inter bellicos ſudores perſtrepabat: poſſem iu
re optimo vel ignauiæ vel ingratitudinis dānari: ſi tam nihili tamq; iners fo
rem: vt inter litterarū ſeneſcēs cunabula: ne ſemel quidē veſtri quos nō pæ=
nitendos ꝓceptores ſortit⁹ ſum meminerim: cū tamē ſi verū fateri volum⁹
longe ſanctiores iſte veſtræ: ꝗ centauri illius inſtitutiones haberi mereant.
Non etem̄ crudis leonū medullis apud vos enutritus: didici vt apud chiro
nem achilles: aut feras ſectari: aur leui planta vna concretā nocte glaciē ꝑ
currere: aut rapido auulſis flumīe quercubus reſiſtere: aut raptas ad littora
vertere ꝓdas: aut deniq; potētibus herbis hiantia claudere vulnera: ſed ſan
ctos animi receſſus: deū ſupra oīa amare: & caſto filialiq; timore metuere:
res nihili nihilipendere: nocturnis carthis impalleſcere. diurnis morib⁹ inſi
ſtere. nil ꝑter vitia deiq; offēſam formidare. Ad hoc pacē: cōcordiā: trāquil
litatē: cæteraſq; virtutes quæ in iſta domo ſibi certa delegerūt ꝑnetralia: to
to pectore amplecti. Proinde diu multūq; mecū diſquiſiui: quid iſta tam ho
neſta domo dignū cōminiſcerer: tādēq; horatianæ occurrerūt epiſtolæ: in
quib⁹ nihil lubricū: nihil impudicum: nihilq; aut veſtali recēs capta: aut mo
nacho cui mūdus crucifixus ē: indignū offendas. Sentētiæ ſunt vbiq; decē=
tes: verba terſa: ſermo mūdus: ꝓceptio ſancta: & diuo Paulo fere non indi=
gna. Argumentū variū & cū vtilitate iucūdū: vt oē punctū merito tuliſſe
cenſeatur. Nec ſine delectu hanc opellā vobis nuncupauim⁹. Cum etem̄ ſer
monū opus in quo ꝓcipua auctoris intentio videt vitia erroreſq; mortaliū
ꝑctoribus expungere: magiſtro noſtro Laurētio Burello: regio confeſſori:
& vitiorū obiurgatori acerrimo inſcripſiſſem: non ab re viſum eſt vobis qui
teneros adhuc ſcholaſticorū animos & nō niſi modicis erroribus irretitos:
purgandos ſuſcipitis: ſanctiſq; ꝓceptionib⁹ reformatis: mite hoc caſtigādi
gen⁹ inſcribere. Suſcipite igitur viri integerrimi hāc exiguā fateor lucubra=
tiunculā: ſocratico atq; paterno quo me aliquādo ſuſcepiſtis ſinu. Neq; ob
hoc aſpernemini: ꝙ eruditōis bonæ pleniores ipſi edere poteſtis. Nō em̄ eo
animo quo vos doceamus: ſed quo debito honore proſequamur effecimus.
Quinetiā nobis longe duri⁹ fuit coercere vires noſtras ꝗ ad maiora impelle
re. Non etem̄ aliud nobis ꝓpoſitū fuit ꝗ verboꝝ ordinē nō ſine facili expla=
natione contexere. ne tamē doctioribus maturæ deſint fruges: Acronis viri
argutiſſimi cōmentariū præpoſuim⁹: in quo ne id quiſpiā dubitet cur Acro
non vt plures acron ſcripſerim: ſciat ita peritioribus vt angelo politiano in
miſcellaneis aliiſq; placitum. Nec citra rationē: qm̄ latine Acro. Porphirio

Cato.Cicero.Plato.Pluto.Agaměno:atq; alia mult a dicuntur: quæ græce Acron Porphirion.Caton.Ciceron.Pluton.Platon.Agaměnon proferūtur Sed quid(vt aiunt)ſus mineruã: verũ vti reor nõ ſoli vos hec lecturi eſtis: neq; oẽs veſtro fulgẽt animoꝝ cãdore.ita viuim⁹:alterius opera damnam⁹ paucíq; videm⁹manticæ quod in tergo eſt.longe facilius ẽ aliorũ opera cenſere etiã recte:q̃ ſimilia conficere. Quocirca nõ abſurde ariſtarchus cũ male audiret q; homeri longe doctioris ſe ſcripta ſtellis veribuſq; notaret:cum ipſe nihil ſcriberet:nõ eñ inqt vt velim ſcribere poſſum:neq; vt poſſim volo.Itaq; futuri ſunt qui nõ nihil in his etiã iuſte deſiderabũt:at nemini fores ꝓcludim⁹ res in medio eſt.Sed vt hec miſſa faciã:vos mihi candidi ſitis cenſores lõge maiora(quæ vere polliceri chriſto duce & auſpice chriſto vobis poſſũ) a nobis accepturi. Valete patres ꝓceptoreſq; optimi.Ex officina noſtra litteraria Lugduneñ.ad idus martias Anno a natali chriſtiano Milleſimoquadringenteſimononageſimonono.


¶Index perq̃ breuis quorundã in ſequẽtibus epiſtolarũ cõmentarijs annotandoꝛ.

A

Abſtenius quis ſit fo.xvi.
Accerſo ⁊ arceſſo fo.xxxiiij.
Amatoꝛ quis ſit fo.ij.
Amicus ⁊ amica ibidem.

B

Bion liuidus notatur fo.xxxv.

C

Cerites populi vnde dicti fo.x.
Chamelopardalis fo.xxxiiij.

D

Dandi caſus natura fo.vij.

E

Epiſtola ⁊ epiſtolium fo.i.
Editui fo.xxxviij.
Es coꝛinthium fo.xxxiij.
Eſſeda ibidem.

F

Faſces romanoꝛum fo.x.

G

Grecoꝛum ſtudia.epiſtola vltima ad finem.

H

Hiarbita fo:xxvij.
Hoſtis fo.xix.

I

Ira ⁊ eam concernentia fo.vi.

L

Lucus deſcribitur fo.x.

M

Mango fo.xxxviij.
Memini fo.xxxi.
Minimum ⁊ minime ibidem.

N

Nenia quid ſit fo.iij.
Noia in eus quõ a latinis vſurpent. fo.x.

O

Omaſus quid ſit ſatyꝛa.xvi.pꝛimi.

P

Palleo quem caſum regat fo.xi.
Petoꝛita fo.xxxiij.
Poema quid ſit fo.iij.
Pꝛotheus fo.iiij.

Q

Quaten⁹ philoſophãdũ ſit ex ſñia platõis.fo.i
q; cõiunctionem aliquãdo pꝛoduci fo.xxxi
Quinquatres ludi fo.xl.

R

Rudis virga ⁊ ea donandi fo.i.

S

Subucula fo.iiij.
Summum fo.i.

T

Timeo te tibi ⁊ de te fo.xi.
Temetum fo.xxxix.
Turdus fo.xx.

V

Villa fo.xx.
Vinoſus fo.ij.
Vulua fo.xx.


¶Finis repertoꝛioli.

BIBLIOTECA MARÉS

dicimus sono cithara et ideo cytharam. sic dicit in fine eneydos libri secundi dicit cythara dum
seperat [illegible] que
prugata. non obstancia sed parua et audiente. sententia est. ratio mihi dicit. ego autem
audio et obtempero
Olim senescente. translatio est que consueuit oestique sumitur. nam ut qui equus quo in
iuuentute vectoris [illegible] vicerit: ita senex adhuc in studia cotinuare [illegible] neque
[illegible] voluptas: ita ego assero sicut studia que in iuuentute [illegible] nunc senectutem [illegible] etas
grauiorem postulat operis certamen.
peccet ad extremum. nam equus qui in iuuentute velocissimus fuit in extremo
vite [illegible] [illegible] videtur.
alia. nam qui in bellatores sunt: magis laborant: ergo magis calescunt: et ex
maiore calore maior generatur [illegible]: unde alia continuunt.
Rhetorica et iudicia: non ergo omnes [illegible] sed eos qui ad ludos id est ad res latiniores
[illegible]
et mensibus ciuilibus [illegible]. Inter stoicum et epicureum [illegible] sit et ideo
sed vndis ciuilibus mergor dicit quia stoici administrationem rei publice probant.
epicurei voluptatem
Precepta non indicat unde omnino voluptatem assignari

Olim senescente. Inter
Tullius in libro de senectute
facit comparationem dicens
sicut fortis equus spacio
qui sepe supremo vicit olim
iam vetus senectute
quiescit. &c.

¶ Acronis in primũ epiſtolarum cõmentarij. Acro

P Rima dicte mihi. Rude rudis eſt ſignũ miſſionis artis gladiatorie. Includere ludo: officio ſcribendi. Ludum autem metaphoricos vocauit: vt oſtẽderet periculoſuʒ opus eſſe ſcribẽdi. Latet: q2 poſt pugnã ꝯtulit ad agriculturã. Veianiꝰ nomẽ gladiatoris pugnatiſſimi: ⁊ iocũde hoc exẽplum attulit: q2 ſuperiꝰ dixit. Antiquo me includere ludo. Abditus agro: cõparat ſe veianio gladiatori nobiliſſimo: qui poſt multas palmas cõſecrauit herculi arma ſua contentus proprio agro. Cuius exẽplo dicit etatẽ ſuã ⁊ ꝓpoſituʒ ſibi impedire: ⁊ nõ poſſe ſibi perſeuerare in carminibꝰ: ſed potiꝰ velle trãſire ad ſtudium philoſophie relictis iocis ⁊ liricis verſibus. Ne populũ exoret extrema harena: q2 gladiatores portaturi rudem ex media harena contulerũt ſe ad crepidinẽ circi adeo ꝓximi vt poſſent ppl'm triſti vultu velocius exorare. i. ſub circulo amphiteatri ſtans petat rudem. Nã ibi ꝯſuetudinis ẽ ſtantẽ gladiatorẽ petere miſſionẽ. Eſt. m. nõ phs q̃ ꝑſonet aurem: ⁊ faciat purgatã. Addictus iurare: metaphoricos locutꝰ ẽ a militia. Quia iurabãt milites in v̾ba ducis: et ſic ibãt ad militiã. Iurare. i. nulli ſum obnoxiꝰ. Dẽs audio ſeruitãtes ad rẽ ꝓbandã. Tẽpeſtas: aut fortuna aut caſus: aut animi inclinatio. Nũc agilis. i. facilis ⁊ mobilis ⁊ diuerſa appetẽs negocioſus accinctꝰ apparatꝰ ad laborandũ. Ciuilibꝰ vndis: h̄ eſt morali phie: ⁊ mire in metaphora obdurauit: q2 dixit tẽpeſtas. Virtutis. v. ſecte: q2 dicũt ſi eẽ peccãtibus ĩgnoſcendũ. Ariſtippi: ariſtippꝰ cirenaicꝰ fuit: ⁊ epicureꝰ Qui ſummũ bonuʒ in voluptate dicit. Furtim aũt iõ: q2 ſtoici dicũt natũ hoieʒ: vt a repu. regat. Epicurei v̾o vt hõ remp. regat. Subiũgere: q̃m auari pecunijs ſeruiũt. iõ hora. Quaſi phus ait: conor vt mihi ſeruiãt pecũie: nõ ego illis: nam illa nobis ſeruiunt: que contẽnimus. aliter hoc Epicurei ſtoicis opponũt ſequentibus gloriam virtutis: q̃ſi illi rebꝰ ſeruiant dum appetũt gloriam.

## Quinti Hora. Flacci epiſtolarũ liber primus

### Epiſtola prima ad Mecenatem.

P Rima dicte mihi ſumma dicende camena
Spectatum ſatis ⁊ donatum iam rude queris
Mecenas iterũ antiquo me includere ludo.
Non eadẽ eſt etas: nõ mens: veianius armis
Herculis ad poſtẽ fixis latet abditus agro:
Ne populũ extrema totiens exoret harena.
Eſt mihi purgatã crebro qui perſonet aurem:
Solue ſeneſcentẽ mature ſanus equũ: ne
Peccet ad extremũ ridendus: ⁊ ilia ducat.
Nunc itaqꝫ ⁊ verſus ⁊ cetera ludicra pono.
Quid verũ atqꝫ decẽs curo: ⁊ rogo: ⁊ õis in hoc ſum:
Condo ⁊ cõpono q̃ mox depromere poſſim.
Ac ne forte roges: quo me duce quo lare tuter:
Nullius addictus iurare in verba magiſtri:
Quo me cũqꝫ rapit tempeſtas deferor hoſpes.
Nunc agilis fio: ⁊ merſor ciuilibus vndis
Virtutis vere cuſtos: rigiduſqꝫ ſatelles.
Nũc in ariſtippi furtim precepta relabor:
Et mihi res: non me rebus ſubmittere conor.

¶ Argumentũ prime Epiſtole primi libri epiſtolarũ Hora. p Aſcenſium. ASCEN.

Ad mecenatem que fertur epiſtola prima
Virtuti ⁊ ſophiẽ monet impalleſcere ſancte.

¶ Ordo ẽ. Pria ep'la q̃ fert. i. mittit ad mecenatẽ: monet. i. cohortat quẽlibet ſup. ipalleſcere. i. vſqꝫ ad pallorẽ ſtudere ⁊ ĩcũbere: v̾tuti ⁊ ſophie. i. ſapiẽtie. ſcẽ. i. q̃ ad decẽtes mores ⁊ ſctãʒ vitã ꝑtinet. vbi aduertes lector ſophiã tã apud grecos q̃ apud latinos media breui ꝓferri.

ASCEN. P Rima dicte mihi. Mecenatē vt dixi ſummũ amicũ atq; patronũ ſuũ alloq̃tur ſuſ-
cepti opis rationē ſubiuncturus: q̄ eſt poſitis ludicris qd verũ atq; decens cura-
re. In his enĩ epiſtolis: quedã delectantia interſerũtur: ſ; nihil obſcenũ aut lubri-
cum ſatyra q; dignũ: cõſpicit. Sunt enĩ oĩa caſta ⁊ ſancta: vt ab eo cõpoſita q̄ extre
**Epiſtola** mam operã ſe muſis impenſurũ teſtet. Epiſtola dr̃ ſcriptũ miſſiuũ nã ab epiſtello qd eſt mitto
**Epiſtolium** deducit: in diminutiõe repitur hoc epiſtoliũ: ſ; hec alij perq̃rãt: nos breuitati iſtic potiſſimum
**Dicere** ſtudebimꝰ: hic tñ ſcies lector. Dicere eē ex arte loqui quõ loquũtur oratores q̄ vbi perorauerit di
cũt: dixi: ⁊ ij q̄ quẽuis laudare volũt: vñ dictũ laudatũ interp̄tant. Sicut in illo georgico. Cui
nõ dictꝰ hylas ⁊c. põt tñ intelligi hic dicte. i. nũcupate in opibꝰ meis: hoc ē cui opa mea dicaui ⁊
nũcupaui: dicẽs in principio carminũ. Mecenas atauis edite regibꝰ: ⁊ in p̄ncipio ſmonũ qui
**Summũ** fit mecenas. Et in alio ſmone. Nõ q: mecenas ⁊c. Preterea q̄ in mẽbranis ſcribũt: q: deſcendē
do ſcribũt: ſolẽt prima: ſumma aut ſup̄ma vocare: vñ in ↄſuetudine habet: vt ſupra. i. priꝰ. Hic
tñ ſummã camenã: vltimã vocat: ab aſcẽdẽtibꝰ tracta metaphora: ij ei quũ in ſummo ſunt ꝓgre
di nõ pñt. Sũmus ḡ ꝓgreſſus camenarũ (nã ⁊ pedibꝰ ingrediũtur ꝟſus) erit horatio pñs opꝰ
**Rudis** vltra qd nõ ꝓgrediet. Hec rudis in ablt̃õ rude virga ē ſine ferro q̄ emeritis dat. i. ijs q̄: aut la-
bore aut ſenio fracti remittebant ab officio gladiatorio: iõ aũt datam putãt eis rudem vt ea di
micãtes dirimãt tanq̃ artis piti. Multa alia ſcitu digna in explanãdo patebũt. Ordo igit eſt.
O mecenas dicte. i. nũcupate aut laudate: mihi. i. a me: p̄ma camena. i. p̄mo ope carmine cõſeri
pto: ⁊ dicẽde. i. laudãde aut nũcupãde: ſumma. i. vltima camena ĩ pñti ope: tu q̃ris. i. petis inclu
dere antiquo ludo. i. loco exercitatiõis ↄſuete: hoc eſt exercitio poetico: me ſpectatũ ſatis ⁊ do-
natũ iam rude. i. virga q̄ emeriti gladiatores donabant: hoc eſt ſatis cognitũ ⁊ dignũ q̄ remit-
tar ab officio poetico: ſicut gladiator donatꝰ rude: remittit a munere gladiatorio. Etas non eſt
mihi eadẽ. i. eiuſdẽ roboris: ⁊ mens nõ ē mihi eadẽ. i. eiuſdẽ acuminis: aut nõ eadẽ placẽt ſeni q̄
iuueni. Veianiꝰ: notus gladiator latet abditꝰ. i. occultat ocio deditꝰ in agro ⁊ hoc armis. ſ. gla
diatorijs: fixis ad poſtẽ herculis: vbi arma ſua figebãt: q̄ eis ampliꝰ vti nolebãt: latet dico: ne ex
oret. i. precet pp̄lm totiẽs in extrema harena (hoc intelligũt q̄ſi cogat pp̄lm orare vt fiat eme-
ritꝰ ⁊ rude donet: ſ; iam potiꝰ donatũ rude dixero. cũ herculi arma dicauerit. Ego igit intelli-
go emeritos pp̄lo petẽte aliq̃n in harena exhibitos: vbi victi orabãt pp̄lm ne ſinat ſe interimi
a victore: ⁊ ob id ↄfugerãt vſq; ad extremã harenã: vt manũ porrigat) Eſt ſc; phs aut apollo: q̄
perſonet mihi aurẽ purgatã. i. qui admoneat me hoc mõ. O horati: ſolue ſanus. i. q̄diu ſanꝰ es:
mature. i. tẽpeſtiue: equũ ſeneſcentẽ: ne ipſe equus peccet. i. deficiat ⁊ ſuccũbat ridẽdus. i. irri-
dendꝰ ad extremũ. i. priuſq̃ ꝑueniat ad metã: ⁊ ducat. i. trahat ilia: crebris anhelatiõibꝰ defati-
gatus. Itaq; q: ſic admonitus ſum: ego pono. i. depono: ⁊. i. pariter ꝟſus: ⁊ cetera ludicra. i. que
ad delectationẽ facerẽt: ⁊ curo qd verum atq; decens ſup. eſt: ⁊ rogo. i. interrogo ⁊ perq̃ro: ⁊ ſũ;
oĩs. i. totus in hoc ⁊ cõdo: ⁊ compono ſup. ea q̄ poſſim depromere. i. ꝓmpte mihi ſumere mox. i.
paulo poſt. hoc eſt ego colligo ea precepta viuẽdi: quibꝰ vbi opus erit vtar. Ac ne roges. i. in-
terroges forte: quo duce. i. principe philoſophie: ⁊ quo lare. i. cuius familie ſecta: ego tuter. i. tu
tum faciã me: hoc eſt cuiꝰ ſecte auctoritatẽ ⁊ doctrinã ſequar in hoc ope: ego nulliꝰ. i. nõ vllius:
nõ addictus. i. more militis aſcriptꝰ aut adiudicatꝰ iurare in ꝟba vllius magiſtri. i. quaſi iuratꝰ
⁊ ſacramẽto aſtrictus ſequi dogmata vnius ſecte: feror hoſpes. i. externꝰ ⁊ nõ domeſticꝰ: quocũ
q; tempeſtas. i. impetus volũtatis rapit me. Ego fio nũc. i. aliq̃n agilis. i. praxi incumbo: ⁊ mer
ſor. i. immerſor: vndis ciuilibus. i. ijs que ad ciuilem vitam pertinent hoc eſt incumbo ethice. i.
**Quatenꝰ phi-loſophandum** phie morali q̄ ad praxin. i. operationẽ pertinet. Quaſi dicat aliq̃n profundis ſpeculationibꝰ me
totum dedo: aliquãdo fio agilis. i. que dedici ad oꝑationem applico. Non enĩ ſemper philoſo-
phie ſpeculatiue inſudandũ eſt: vñ apud Aulum gelliũ plato ad Socratẽ. Philoſophia o ſocra
tes res eſt elegans ſi modice quiſpiam per etatem attigerit: at ſi ſupra modũ tempus in ea con
triuerit hominũ eſt corruptela. Nam ſiquis vel ameno acriq; ſit ingenio vltraq; etatem philoſo
phetur: neceſſium eſt eũ rerum omniũ eſſe imperitũ: quarũ vſum calleat op; quiſquis honeſtus
probuſq; eſt futurus. Nõ ergo ſoli ſpeculationi incũbit. Propterea q: veritati potius q̄ aucto
ritati concedendũ eſt: iõ ſubdit. Ego cuſtos. i. obſeruator vere virtutis: rigidus. i. ſeuerus ſatel
les. i. quaſi corporis defenſor: ego relabor. i. per tranſitum incido nunc. i. aliq̃n in precepta ari-
ſtippi illius epicurei: ⁊ ego conor ſubiungere (ſic enĩ acro legit: licet alij ſubmittere legãt) mihi
res. i. doctrinas philoſophorũ: ita vt libere de eis iudicẽ: ⁊ nõ me rebus. Aut res. i. fortune bo-
na ſubiũgo mihi: nõ me illis: de quo acro bñ diſſeruit.

Ut nox longa: quibus mentitur amica: dieſqꝫ
Longa videtur opus debẽtibus: vt piger annus
Pupillis: quos dura premit cuſtodia matrũ:
Sic mihi tarda fluũt ingrataqꝫ tẽpora: que ſpem
Conſiliũqꝫ morantur agendi gnauiter: id qđ
Eque pauperibus prodeſt: locupletib⁹ eque:
Eque neglectũ pueris ſenibuſqꝫ nocebit.
Reſtat vt his ego me ipſe regã: ſolerqꝫ elemẽtis.
Non poſſis oculo qʒtum contẽdere lynceus:
Non tamen iccirco contẽnas lippus inungi.
Et qꝫ deſperes inuicti membra glyconis:
Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra:
Eſt quodã prodire tenus ſi non datur vltra.
Feruet auaritia miſeraqꝫ cupidine pectus:
Sunt verba ⁊ voces quib⁹ hunc lenire dolorem
Poſſis: ⁊ magnã morbi deponere partem.
Laudis amore tumes: ſunt certa piacula: que te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Inuidus: iracũdus: iners: vinoſus: amator:
Nemo adeo ferus eſt: vt non miteſcere poſſit:
Si modo culture patientem cõmodet aurem.
Uirtus eſt vitiũ fugere: ⁊ ſapientia prima
Stultitia caruiſſe: vides: que maxima credis
Eſſe mala: exiguũ cenſum: turpẽqꝫ repulſam
Quanto deuites animi capitiſqꝫ labore:
Impiger extremos curris mercator ad indos:
Per mare pauperiẽ fugiens per ſaxa per ignes:
Ne cures ea: que ſtulte miraris ⁊ optas:
Diſcere ⁊ audire: et meliori credere non vis.
Quis circũ pagos: et circũ compita pugnax
Magna coronari contẽnat olympia: cui ſpes
Cui ſit conditio dulcis ſine puluere palme.

Acro

¶ Senibus: per hoc oſtendit omni etati philoſophiam prodeſſe inquantũ profecerit. Glyconis: glyco athleta quidam fortiſſimus fuit. Eſt quodã. Quaſi aliquis dicat: quid ſtudes philoſophie reb⁹ quũ non poſſis ad ſummam philoſophiam peruenire. Prodire te. vſqꝫ ad aliquãtulum doctrine peruenire vt puberen⁹. Sunt verba: philoſophie precepta: voces. To auton. i. id ipſum quia verba ⁊ voces idem ſunt. Quaſi non ſunt habẽdi morbi auaricie: qꝫ penit⁹ vitia eruere nemo poterit. Ter pure: ita ait. ter pure vt ter mergunt qui ſe purgant. vt Per. Tyberino in gurgite mer. Mane caput bis terqꝫ ⁊ noctem in flumine purgas. Lecto: bene lecto atqꝫ recte ſine agitatione libidinis. Aurem: omnis hic locus conſonat tuſculanis queſtiõibus. Maritis ⁊ o. ſ. conſequi idem ſtulte optas. Diſcere: hiſteron protheron: nã prius audimus. Quis cir. p. Quis cum ſit fortis nolit ĩ olympijs coronari. Compita dicunt: que patent in multas vias. Dulcis pal. i. pħs poteſt coronã contẽnere ſciens inanẽ eſſe hanc gloriã.

Aſcen.

¶ Ut nox lõga. Oñdit ſi poeta magno deſiderio: fortiter agẽdi rapi: vtẽs exẽplis notis ac dicẽs: vt. i. queadmodũ: nox videt longa ſup. illis: qb⁹ amica. i. ꝯcubina pollicita ſe vẽturã: eſt ĩmẽtita: h eſt q̃ totã noctẽ expectãt eã ꝙ ꝓ et: vt ſup. dies videt lõga. i. nimis durare debẽtib⁹ opus. i. obligatꝫ ad aliqđ opus ſingulis dieb⁹ exhibẽdũ vt glebe addicti aut remigio: vt. i. queadmodum ann⁹ videt piger. i. tarde ꝓcedere pupillis. i. pre orbatꝫ: qs dura cuſtodia matrũ ꝑmit: qꝫ nihil impioſi⁹ muliere: ⁊ vt dic Iuue. Intolerabili⁹ nihil ẽ ꝙ femĩa diues ſic tpa fluũt mihi tarda ⁊ ĩgrata q̃ tpa morãt. i. ĩ mora tenẽt ſpẽ ⁊ conſiliũ egẽdi gnauit: id qđ prodeſt eque id eſt equaliter pauperibus ⁊ locupletꝫ. i. diuitibus

⁊ qđ neglectū nocebit eque pueris ⁊ ſenib⁹.i.oī ſexui ⁊ etati.hoc ē id qđ ad phiam moralē ptinet Nā oēs debēt viuere honeſte ⁊ ꝓbe.ſeq̃ decēter regere ſi nō habeāt alios regēdos. Reſtat.i. reliquū eſt q: nondū nact⁹ ſum plenā oportunitatē ex ſnia viuendi eo q̄ nōdū collegeri normā integrā:reſtat vt ipe.i.ego regā me ⁊ ſoler me his elemētis.i.puis principijs.q.d. q: nōdū oīa poſſum:nō ꝯtinuo nil faciā:q: ſi tu nō poſſis ꝯtēdere oculo.i.ꝑſpicere q̄tū lynce⁹: vir ille acerrimi ⁊ acutiſſimi viſus:q̄ ꝑ multa millia paſſuū naues in portu vidit:tū tu lipp⁹.i.debilē viſum ⁊ fluentes oculos habēs:nō cōtēnas idcirco inungi.i.mederi.hoc eſt licet nō oīa potes:nō tn̄ idcirco nihil facies (Et ita ſtoicoꝝ padoxon dānat:q̄ dicūt oīa vitia eſſe paria:ſapiēteſq̃ oīa ⁊ ſolū poſſe. Nullūq̃ ſapientē eſſe q̄ nō plene ſapiens ſit) Et quia tu deſperes mēbra glyconis: illius athlete ac luctatoris:inuicti.i.fortiſſimi ⁊ quaſi inuincibilis:nolis.i.recuſes ꝓhibere.i. arcere corp⁹.ſ.tuū a chiragra.i.ꝯtractiōe manuū nodoſa.i.nodos neruoꝝ gn̄ante.q.d. tu id ſtulte faceres:q: ē.ſ.ſtatutū aut laudabile ⁊ ꝯceſſum ꝓdire.i.ꝓgredi in v̄tutib⁹:ten⁹ quodā.i. vſq̃ ad q̄ddā.i.etiā modicū gradū ſi nō daṫ ſup.ꝓdire vltra.i.q̄libet conabiṫ tn̄ ꝓficere q̄tū poterit. Si ſup.pect⁹ feruet.i.eſtuat auaricia ⁊ cupidie.i.cupiditate miſera.i.magna:vel q̄ miſeros facit.ſūt v̄ba.ſ.phica forte ſcripta ītelligit. ⁊ voces.i. doctrine q̄ viua voce traduṅt: q̄b⁹ poſſis lenire.i. mitigare ⁊ reprimere.hūc.ſ.mētis dolorē:⁊ deponere magnā partē morbi.i.vitij tui. Si ſup.tu tumes.i.inflaris amore laudis:ſunt certa piacula.i.purgamia q̄ poterūt recreare te.i. facere te quaſi nouū hoiem:⁊ hoc libello.i.modica pte phie:lecto ter.i.diligenṫ ⁊ pure.i.attēte ſine praua cupiditate admixta. Inuid⁹.iracūd⁹.iners.i.accidioſus:vinoſus.i.guloſus:amator.i. libidinoſus (Et ita ſeptē peccata mortalia dānat.primo auariciā ibi:feruet auaricia.q: eā exitialiṫ ſemper execrat⁹ eſt vt in ſermonib⁹ vidim⁹. Deinde ſupbiā:ibi. Laudis amore tumes.⁊ hic q̄nq̃ reliqua) Nemo dictoꝝ peccatoꝝ:eſt adeo.i.intantū fer⁹.i.ſcelerib⁹ effer⁹:vt non poſſit miteſcere: ſi mō.i.dūmō:cōmodet.i.p̄beat aurē patientē culture.i. q̄ ſinat ſe coli eiectis vitijs. Vinoſus dr̄ q̄ vino nimis indulget:⁊ ꝑ hoc guloſus:amator ⁊ amica:ꝑ luxurioſis accipiūṫ:amic⁹ aūt ꝑ honeſto. Virt⁹ eſt fugere vitiū:⁊ prima ſapiētia eſt caruiſſe ſtultitia: ſed ſtultitia magna eſt diligēti⁹ externa bona q̄ꝫ interna ꝑquirere ⁊ mala vitare.vn̄ dicit. Tu vides.i.q̄libet videt. Nō eñ hic mecenatē docet:nec hāc ep̄ſam ſic ad mecenatē ſcripſit:vt ceteras ad ceteros:q: ꝑ hanc dedicat ac nūcupat hoc op⁹ ep̄ſaruꝫ mecenati:nō quē doceat:ſꝫ in cui⁹ grām ſcripſerit. Tu ḡ vides dicit ad quēlibet loquēdo q̄to labore animi ⁊ capitis:tu deuites ea q̄ credis eſſe maxima mala.ſ.exiguū id ē modicū cenſum.i.theſaurū aut rerū poſſeſſionē:⁊ repulſam turpē:quā patiṫ q̄ honores non exaudit⁹ petit. Tu mercator curris impiger.i.celer ad extremos indos:fugiēs paupiē.i.paupertatē:ꝑ mare.ꝑ ſaxa:ꝑ ignes:tu nō vis credere meliori ⁊ audire ⁊ diſcere ne.i.vt nō cures.i.vt nihili facias ea q̄ tu miraris ⁊ optas ſtulte.q.d.longe maiori diligētia q̄ris curas q̄ꝫ vites: ⁊ hoc q: ſtultitia nō cares deprauat⁹ vitio cupiditatꝭ. Qđ in cōſili ꝓbat q̄rēs. Quis pugnax.i.aſſidue pugnās aut naturalr̄ inclinat⁹ ad pugnādū circū pagos ⁊ cōpita.i.in oib⁹ cōuenticulis hoīm:cōtēnat coronari ſup.ꝑ magna cōpita:aut appoſitorie:contēnat coronari q̄ ſunt magna olympia: Rn̄ſio. Is ſup.ſ.phus cui ſit ſpes:⁊ cui conditio palme.i.victorie:ſit dulcis:ſine puluere.hoc eſt phus cui ꝑſuaſum ē nō min⁹ glioſuꝫ eſſe in pace ſine puluere palmā ꝯ vitia ⁊ ignorātiā acq̄rere q̄ꝫ coronā olympicā:facile contemnet olympica certamia:vtpote non praue affectus. Sic ego: alij aliter exponunt.

ALIRO

¶ Vili⁹. ocioſe vite p̄ponēda palma. Palme p̄ponēda ē virt⁹. Hec ian⁹. Duo iani ante baſilicā pauli ſteterūt:vbi loc⁹ erat feneratoꝝ. ian⁹ dicebaṫ loc⁹ ī quo ſolebāt ꝯuenire feneratores.i. oēs q̄ ꝯueniūt hec loquūṫ.i.has fabulas ſenes docēt:⁊ pueri qui h⁹ pari īpitia anim⁹ eſt: ⁊ ꝑ hec ſint ꝯtēnenda q̄ dictāt. Loculos cōſuetudo quondā fuit:vt iuuenes phie operā dātes.⁊ ſenatores in curiaꝫ intrantes: in leuo brachio ferrēt tabulas ad q̄ddā

Vilius argentū eſt auro: virtutib⁹ aurū.
O ciues ciues querenda pecunia primū eſt
Virt⁹ poſt nūmos:hec ian⁹ ſumm⁹ ab imo
Perdocet:hec recinunt iuuenes dictata ſeneſq̃
Leuo ſuſpenſi loculos tabulāq̃ lacerto.
Si quadringentis ſex ſeptē milia deſunt:
Eſt animus tibi:ſunt mores:⁊ lingua:fideſq̃
Plebs eris.at pueri ludentes rex eris aiunt:

Si recte facies: hic murus aeneus eſto]
Nil conſcire ſibi: nulla palleſcere culpa.
Roſcia dic ſodes melior lex: an puerorum
Nenia: que regnum recte facientibus offert:
Et maribus curijs ⁊ decantata camillis?
Is ne tibi melius ſuadet: qui rem facias: rem
Si poſſis recte: ſi non: quocūqꝫ modo rem:
Ut propi' ſpectes lachrymoſa poemata puppi:
An qui fortune te reſponſare ſuperbe:
Liberum ⁊ erectū preſens hortatur: ⁊ optat?
Quod ſi me populus romanus forte roget: cur
Non vt porticibus ſic iudicijs fruar ijſdem:
Nec ſequar: ⁊ fugiam: que diligit ipſe: vel odit:
Olim qđ vulpes egroto cauta leoni
Reſpondit: referā: q2 me veſtigia terrent
Omnia te aduerſum ſpectantia: nulla retrorſum.
Belua multorū capitū es. nā q̄d ſequar? aut quē?
Pars hominū geſtit conducere publica: ſunt qui
Fruſtis ⁊ pomis viduas venentur auaras:
Excipiantqꝫ ſenes: quos in viuaria mittant.
Multis occulto creſcit res fenore: verum
Eſto alijs alios rebus ſtudijſqꝫ teneri:
Jidem eadem poſſint horam durare probantes?
Nullus in orbe ſinus baijs prelucet amenis
Si dixit diues: lacus ⁊ mare ſentit amorem
Feſtinantis heri: cui ſi viciosa libido
Fecerit auſpicium: cras ferramenta theanum
Tolletis fabri. lectus genialis in aula eſt:
Nil ait eſſe prius: melius nil celibe vita.
Si non eſt: iurat bene ſolis eſſe maritis.
Quo teneam vultus mutantē prothea nodo?

erarandum: ⁊ loculos ad aliquid ſibi emendū: vt oſtenderetur: q2 qui volunt diuites eſſe: ſapientie ſe primo ſtudio conferant: et eſt hypallage. Suſpenſi la. pro habentes tabulas ſuſpenſas lacertis. Plebs: qm̄ roſcius iuſſit nō debere fieri equitē romanum niſi haberet quadringenta millia eris. Roſcius melius docet: qui dicit vndecūqꝫ habendaȝ eſſe pecuniam. An philoſophus q̄ monet contēnendam eſſe ſupbā fortunam. Nenia: laus mortuorum: ſed hic quoqꝫ cantilena: vt alibi. Merita vox quoqꝫ nenia dicet. Plebs eris. i. in quattuordecim ordinib' non ſedebis. Curijs: vir curius fortiſſimus fuit: qui corinthios vicit: hoc dicebant ⁊ curij et camilli: is regnū habet q̄ poſſit facere. Decantata: nota eſt: cōditio valde nota iam in ore habita. Suadet: ſuademus etiaȝ mala: hortamur ad bona. Puppius tragediographus ita affectus ſpectantium mouit: vt eos compelleret: inde iſtum verſum fecit Flebunt amici: ⁊ bene noti morte mea. Nam puppius in me viuo lachrymatus eſt. Reſponſare: cōtumaciter reſpondere. his reſpondet: qui aduerſa equo animo tolerant. Non vt. p. q2 periculoſe tecum conſenſere Gracchi de lege agraria ijſdē iudicijs voluntatibus vel opinionib'. Referam: hoc illi reſpōdebo. Quia videt multos periſſe: qui tibi cōſenſerūt. Terrēt: ſenſus eſt. Quoniam populos cōtrarios tibi ſuſcipis ⁊ amplecteris: neqꝫ a te q̄c ꝙ prudentie proficiſcitur. Om̄ia te aduer. Qui ſi quis ſeq̄tur volūtatem tuā: nullū iam hȝ circa ſapientiā reſpectum. Capitum: diuerſarum opinionū: nō alicuius certi ꝯſilij. Geſtit: ſunt qui dicūt bonū eſt agros publicos cōducere. viduas inſidijs capiāt decipiant eas: vt ſibi vendicent res earum. In viuaria. i. decipiant eos vt poſſint callide eoꝝ hereditatē auferre. Creſcit res. Quia interdū neſciunt feneratores quot menſiū accepturi vſuras. Verum: ſenſus eſt. Scio inq̄t ꝙ nō ſit omniū vna ſn̄ia: illud non tole-

rabile eſt. Quod ꝓpoſita ſua mutant in horas. Eſto.i.cōcedo:vt diuerſa ſentiant homines: ſed
non inuenies qui in propoſito ꝑſeueret. Lacus et mare.i.ꝛ iam lacus ꝛ mare.i.etiā lacus ꝛ ma
re diuitum cōſentit ſentētijs. Qui ſupra mare ꝛ lacus conſtituūt edificia. Cras fer. ille poſitis
apud baias ſi delectatus fuerit alio loco cōtinuo iubet ferramenta transferri ad cōponendū pre
torium. Theanum:theana ciuitas eſt certe abūdans optimis fabris ꝛ ſartoribꝰ. Quo teneam.
Mire reſpondet:q̄m ſupra dixerat:bellua multoꝝ es capitum.

ASCEN. ¶ Vilius argentū eſt auro. Docet ſtultos ꝛ praue affectos eſſe plurimos:vt q̄ rē minoris eſti
mandā pluris faciunt:qꝛ pecunia minoris eſt ꝙ virtus ea tñ plus amat̄ a multis. Ordo eſt. Ar
gentū eſt vilius auro:ꝛ aurū eſt vilius virtutibꝰ:ꝛ tñ ſup.o ciues ciues pecunia eſt q̄renda pri
mum:ꝛ v̓tus eſt q̄renda poſt nūmos: Janus ſummus ab imo ꝑdocet hec.i.quicūq; v̓ſantur in
ter ſummū ianū ꝛ imū perdocent hec. Erant eñ tres ſtatue Jani ad quarū mediam vt in ſmo
nibus dictū eſt maxima fiebāt cōmercia negociatoꝝ:quicq̄d ergo in eo vico v̓ſatur nō aliud cla
mat ꝙ ꝙ q̄renda pecunia primū eſt. Juuenes ꝛ ſenes ſuſpenſi loculos ꝛ tabulā.i.habentes locu
los.i.ſacculos denarioꝝ proiectiliū ꝛ tabulam ſuſpenſam leuo lacerto.i.brachio:recinūt.i. can
tando memorie cōmendant:hec dictata.i.hec precepta a talibus magr̄is tradita. Nā ſi ſex ſup.
aut ſeptem milia deſunt quadringētis.i.cenſui equeſtri:ꝙ ꝙ ſup.animus ē tibi ſup. fortis: mo
res ſunt tibi ſup.probati:ꝛ ligua ſup. deſerta eſt tibi:ꝛ fides.i.fidelitas eſt tibi:tñ ſup.tu eris.i.
reputaberis:plebs.i.plebeiꝰ ꝛ vilis. At id eſt ſed pueri ludentes:dum cantica a maioribus ſuis
tradita diſcunt:aiunt tu eris rex:ſi facias recte. Hic.i.hmōi murꝰ eſt aeneus.i.fortiſſimꝰ q̄ſi ex
ere factus.ſ.nil conſcire.i.nullius mali conſciū eſſe ſibi:ꝛ nulla.i.nō vlla: nō palleſcere.i. palli
duz fieri vlla culpa. Sodes blādiētis eſt:q.d. Si audes ꝛ cōmodū videtur:dic an lex roſcia id ē
quā roſcius otho tulit:videlicet neq; nō hñs quadringēta millia:ſedeat in quattuordecim pri
mis gradibus theatri:q̄ coegit multos vſurā exercere quo diuites fierēt:eſt melior.i.iuſtior et

Nenia commodior:an nenia.i.vulgaris cantilena pueroꝝ (Eſt eñ nenia cantilena illa quā prefica. i.
mulier ad hoc ceteris prefecta canit dū cadauer ſepeliendū cuſtoditur:in qua cōmemorat lau
des ꝛ virtutes defuncti cum eiulatu ꝛ ploratu magno) que.ſ.nenia offert regnū faciētibꝰ recte
exiſtēs decantata:ꝛ.i.pariter curijs:ꝛ.i.pariter camillis:maribus.i.fortibus ꝛ continentibus
viris:quibus ꝑſuaſum erat ſummū regnū eſſe recte facere ꝛ paucis contentuz eſſe: ꝛ ita ipſis
defunctis talis nenia poterat decantari:qualem poſtea pueri a maioribus ſuis cantare didice
runt vt ad virtutē cohortarent̄. Curiꝰ ꝛ camillus laudatiſſimi apud romanos fuerunt:vt liuiꝰ:
valerius:plinius:alijq; predicant. Ne pro an aut nūquid is ſuadet melius: qui ſuadet vt ſup.
facias rem.i.diuitias ſi nō recte quocūq; mō poſſis:facias inquā rem:vt ſpectes ꝓpius.i. con
iunctius puppi.i.altiori ꝑti nauis vbi patroni ꝛ gubernatores ſedent.i.vt dñs nauis ſpectes
poemata lachrymoſa.i.pericula maris ingruēte tēpeſtate:qualia poete in poematis ſuis ad la

Poema chrymas excitandas recitant (declinatur aūt nequid erres hoc poema poematis:ſʒ qꝛ olim h̄
poematū ti. vſitatius dixeris in dtō ꝛ abltō pluralibꝰ poematis ꝙ poematibꝰ. Et eſt poema opꝰ
poete.i.factoris carminū vt in ſermonibꝰ dictū eſt an ſup.is melius ſuadet qui pñs.i. aſſiſtens
ꝛ amicus hortatur ꝛ optat:te liberū a cupiditate ꝛ erectū a rebus terrenis:reſponſare.i.freq̄n
ter obſtare ꝛ obuiare fortune ſupbe:q.d.is poſterior multo melius hortat̄. Quod ꝓbat exem
plo a ſe ſumpto. Nam cū poſſit iuxta ſtrepitū fortune verſari in iudicijs ꝛ collegio iudicū:ꝛ il
lic gloriam mereri:maluit in ocio tuto delitescere. Ordo eſt:ꝙ ſi populus romanus roget.i.in
terroget forte me:cur nō fruar ſic iiſdem iudicijs vt fruor iiſdē porticibus.i.quare cū ſim de col
legio iudicum ꝛ verſer cū eis in porticibus deambulando vbi nō agit̄ res ꝑiculoſa:nō v̓ſer eti
am cū eis in iudicijs vbi gloriā mereri poſſem. Nec ꝓ ꝛ nō:ꝛ cur nō ſequar ea q̄ ipē ppl̄s dili
git:ꝛ cur nō fugiā ea q̄ ipſe odit:ego referā.i.reſpondeā id qđ vulpes cauta reſpōdit olim leoni
egroto:interrogāti eñ leoni (vt eſopus narrat) cur nō ingrederet̄ regiā ſuā:reſpōdit vulpes:
qꝛ veſtigia terrēt me:veſtigia dicit ſpectātia oīa aduerſum.i.te v̓ſus hoc eſt ad introitū:ꝛ nul
la ſpectantia retrorſum.i.ad egreſſum:hoc eſt q̄ oīa ſunt ingredientiū ꝛ nulla egrediētiū: ꝑ qđ
annocauit vulpecula:ꝙ leo oēs viſitātes deuoraret:ſicut ꝛ adminiſtratio reip.ꝛ vt dicūt curia
principū:paucos incolumes emittit:qꝛ q̄ reip.bñ facit:nulli facit:ꝛ q̄ offendit oēs offendit: vñ
dicit hora.ad ppl̄ʒ. Tu es belua multoꝝ capitū:ꝛ ita difficile eſt pplo placere:qꝛ qđ vni placet al
teri diſplicet:nā q̄d ſequar aut quē.q.d.neſciā: vñ recitat varia ſtudia ppl̄i dicēs. Pars hominū
geſtit.i.nimis cupit ꝯducere publica.i.ad rēp.ſpectātia:ſunt q̄ venētur.i.captēt viduas auaras
fruſtis ꝛ pomis.i.delicatis cibis decoctis ꝛ ꝑ fruſta miſſis:ꝛ q̄ excipiant.i.irretiāt ſenes: quos

mittant in viuaria.i.in repoſitoria diuitiarū ſuarū ſicut piſces q̄ captis aſſimilanť cuſtodiūtur in viuarijs. Res creſcit multis occulto fenore: verū.i.ſꝫ eſto alios teneri alijs ſtudijs.i.cōcedamus quoſlibet ſuo ſtudio teneri: ⁊ in eo verſari: putes ne ſup. ꝙ ijdem pnt durare borā.i. ꝑ tp̄s vnius bore: ꝓbantes eadē q̄ prius laudauerūt: q.d. minime. Si diues dicit. Null⁹ ſinus.i.null⁹ angulus: nullū receptaculū: p̄lucet.i.amenior ⁊ dulcior eſt in orbe.i.toto mōdo. baijs amenis d̄ quib⁹ Iuue. Ianua baiarū ē ⁊ gratū litt⁹ ameni ſeceſſus ⁊c. Eſt eñ regio italie iuxͣ lucrinū lacū amenīſſima: lacus.ſ.lucrinus: ⁊ mare qđ vicinū eſt: ſentit amorē beri.i.dñi feſtinātis.i. properantis illuc: cui ſup. bero ſi libido vitioſa.i.cōcupiſcētia leuis ⁊ incōſtans fecerit auſpiciū.i.indicauerit mutandas eſſe ſedes (quaſi auſpicio.i.ex auiū iſpectiōe: ſine q̄ nihil magni incoabāt veteres romani: vñ auſpicari pro rite incipere accipiť: ⁊ auſpiciū ꝓ incepto) fecerit ꝫ auſpiciū.i. indiciū migrandi de baijs: vos fabri tolletis cras.i.poſtridie ꝙ baias aduenerit: ferramenta.i. inſtrumēta ferrea q̄b⁹ p̄toria ac domū cōſtruatis: theanū in illud oppidū nō ꝓcul a ſora ⁊ nola. Si ſup. alicui lectus genialis.i.matrimonialis in q̄ liberis generādis opam det: eſt in aula.i. domo ſua: q̄ſi in regia: ipſe ait nil eē pri⁹ ⁊ nil eē meli⁹ vita celibe.i.p̄uata matrimonio: hoc ē ſecubitu: ſi ſup. lect⁹ genialis nō ē: ipſe iurat ſolis maritꝫ eē bñ. Quo nodo.i. viculo teneā ꝓthea i.hoīem tā mutabilē aīo ſicut ꝓthea dicūt mutabilē corpe fuiſſe: mutātē vultus.i.ſpēm faciei q̄ volūtas indicať: vt iā h̄ velle iā nolle videať. de ꝓtheo ad finē q̄rti georgi. ſatis ꝯſtat: quō ſeſe captū in varias figuras vtat: eſt aūt de⁹ marinus pecoris neptunij cuſtos: vaticinio p̄ditus.

Auſpico: Auſpicium

Protheus

Quid pauper? ride: mutat cenacula: lectos:
Balnea: tonſores: conducto nauigio eque
Nauſeat: ac locuples: quē ducit priua triremis.
Si curatus inequali tonſore capillos
Occurri: rides: ſi forte ſubucula pexe
Trita ſubeſt tunice: vel ſi toga diſſidet impar:
Rides: quid mea cū pugnat ſententia ſecum:
Quod petijt: ſpernit: repetit quod nuper omiſit.
Eſtuat: ⁊ vite diſconuenit ordine toto:
Diruit: edificat: mutat quadrata rotundis.
Inſanire putas ſolēnia me: neqꝫ rides.
Nec medici credis: nec curatoris egere
A pretore dati: rerum tutela mearum
Cum ſis: ⁊ praue ſectum ſtomacheris ob vnguē
De te pendentis te reſpiciētis amici.
Ad ſummā ſapiens vno minor eſt ioue: diues
Liber: honoratus: pulcher: rex deniqꝫ regum:
Precipue ſanus: niſi cū pituita moleſta eſt.

¶ Nauſeat: nauſeare ꝓprie dicuntur q̄bus eadem faſtidiū afferunt: ⁊ hic ꝓprie nauſeat. Quia nauis mentionē fecerat. Quem du.i.ſimiliter pauper alienū nauigiū faſtidit ⁊ cupit mutaŕ quēadmodū ſuū: ⁊ per hoc oſtendit in nulla re hoīes habere conſtātiā: ſed eē mutabiles. Priua triremis: alij priuā ita intelligūt: q̄ vna vni aſſignatur: q2 ⁊ hic priuata poſſit intelligi. Inequali.i. q2 inequaliter tondet. Subucula proprie dicitur pānus additītius a ſubijciendo vel a ſubſuendo Pexa: tunica eſt: q̄ dimiſſa eſt vſqꝫ ad talos: ſicuti pexi capilli demiſſi. Diſſidet in. nō equalis ſedet ī humeris quicq̄d perijt ſenſus eſt. Cur leuia in me vitia rides cū maiora ſine riſu p̄tereas Inſanire putas ſo. pro ſolēniter iudicas me morbo laborare oīm hominū. Iccirco ꝓ cōſuetudine guttoꝝ morbis nō eſſe credēdus Curatoris: q̄ ſolet dari inſanis: ⁊ ꝑ hoc monitoris. Senſus ē. Tu caſtigator ⁊ monitor ī leuiſſimis rep̄hendis: maiora nō corrigis. Tutela: o mecenas quū ſis adiutor fortunaꝝ mearū: ⁊ videas me iſtis moribus inſanire nō curas dandum eſſe mihi curatorē a pretore. Stomacharis: iraſcaris.i. ob minimū pcm̄ ⁊ nulli⁹ momēti. Sanus: tāgit hic ſtoicos q̄ dicūt ſapiētes hñ ſanos etiā ſi egrotāt eē ſanos. Ego aūt dico ſanū ⁊ ſapientē ſi ſine morbo eſt. Snia ſtoicoꝝ. In hoc ſapiēs minor ē ioue: q2 moriť aliter: minor ioue eſt ꝙ in celo nō eſt. Pituita aūt eſt morb⁹ capitis ad vitiū gallinaꝝ vel pullorum.

Acro

Subucula

ASCEN.

¶ Quid paup ꝛc. Quia dictũ eſt de diuitib⁹ ꝙ inſtabiles ac inconſtaates ſint: queri poſſet de paupe. vñ querit poeta: aut pplꝰs a poeta. Quid paup? ſup. facit? Rñdet. ride. q. d. nõ min⁹ ridicula ꝙ diues: mutat cenacula. i. manſiones ſuas quas in ſummitate dom⁹ ſub tecto cõduxit: mutat lectos cõductitios. ſ. balnea: tonſores ſup. mutat: ꝛ nauſeat. i. ſtomachaꝫ ꝛ impioſus eſt: eque id eſt equaliter: nauigio quo migret ſcꝫ conducto: ac locuples queꝫ triremis. i. nauis ternis remoꝝ ordinibus impellenda priua. i. propria ipſius: ducit. Si curtatus ꝛc. Docet vitia propria ꝛ animi dãnabiliora eſſe ꝙ aliena aut corpis: cũ tñ ꝯtra fiat. Ordo eſt. ſi ego occurri tibi curtatus capillos. i. habẽs capillos curtatos (alij curat⁹ legunt) ſup a tonſore inequali. i. inequaliter tondente: vt opanti det qđ opis eſt: aut inequali. i. inequalib⁹ crurib⁹ vt ob vitiũ corpis inequaliter tondeat. tu rides: ꝛ ſi ſubucula trita: pann⁹ attrit⁹ (vulgo foderaturã aut duplicaturã appellãt: aut poti⁹ ẽ veſtis interior. vñ Varro. Poſtꝙ binas tunicas habere ceperũt inſtituerũt vocare ſubuculã ꝛ incluſiã) ſubeſt tunice pexe. i. raſe aut trite: vel ſi toga diſſidet. i. corpi adheret: imp id eſt inequalib⁹ portionib⁹ tu rides? quid. i. ad quid aut cur: cũ. i. qñ mea ſnĩa. i. iudiciũ volũtatꝫ pugnat ſecũ ꝛ ſpernit qđ petijt: ꝛ repetit qđ omiſit nuper. i. paulo ante: ꝛ cum eſtuat. i. ardet cupiditate. ꝛ diſconuenit. i. diſpar eſt toto ordine vite. i. quicquid facit in tota vita: diruit. i. deſtruit edificia: edificat mutat quadrata. i. ea que pri⁹ voluit habere quadrata: rotũdis. i. vult ea rotũda: quid inquã putas me inſanire ſolẽnia. i. ſolenniter quaſi ꝯcitũ furore ſacro aut bachi aut cereris: ꝛ neqꝫ rides nec credis me egere medici qui curet me ab inſania: nec curatoris dati a ꝑtore vt ſolet furioſis dari: cũ tu ſis tutela mearũ rerũ: hoc eſt cũ ad te tanꝙ ad amicũ ꝑtineat tutela mearũ rerũ: ꝛ hoc eſt nihilo min⁹ tñ: tu ſtomacharis. i. indignaris ob vnguẽ ſectũ. i. putatũ male: vnguẽ dico amice pendentis de te: ꝛ reſpiciẽtis te. i. qui totã ſpem in te collocauit. Ad ſũmã. i. vt ſemel dicã qđ inter ſtultũ ꝛ ſapientẽ ſit: ſapiẽs eſt minor ioue. i. deo: vno. i. in vna re: q: ſ. mortalis ẽ: ꝛ egritudinib⁹ ſubiectus. Eſt eñi liber. honorat⁹: pulcher ꝛ deniqꝫ rex regũ: ꝛ ſanus precipue: quia animo ꝛ corpore niſi cum pituita: id eſt nocinus humor furoreꝫ excitans eſt moleſta. In hoc ſtoicos ridet qui ſapientem dicebant non dolere.

ACRO

Roiani belli ꝛc. Scribens lollio ait lecto a ſe poemate homeri maniſeſtius ſibi ꝛ meli⁹ exprimi ab cophie precepta ꝙ ab optimis eius profeſſionis actorib⁹ ꝛ chryſippo ꝛ crantore. in iliade enim oſtendit vitia hoim. in odyſſea per vlyſſis perſonã virtutes demonſtrat. Et mores hoim inſpexit. Home. Andra mi ennepe muſa polytropon os mala polla Plagchthi.. ꝛ reliqua. Nos numerus ſumus ꝛ fruges cõſumere nati. Eos q̃ abſint ſtudio philoſophie ait numerꝝ tñmodo explere hoim: nec alij vlli rei eẽ natos: ꝙ vt fruges ꝛ cibos conſumerent. Incipe que recte viuẽdi prorogat horã. Ait qui rationẽ recte viuendi per viuendi tẽpus differt ſimilis eſt ruſtico volenti flumen tranſire ꝛ expectãdi donec totum defluat. Fomenta. podagrã iuuant non ſanant. Inuidia ſiculi non inuenere tyranni. hoc ait ne phalaris quidẽ agrigentinoꝝ tyrannus maius inuenit tormẽtũ ꝙ animis

## Epiſtola Secunda ad maximum Lollium.

Roiani belli ſcriptorem maxime lolli
Dum tu declamas rome: ꝑneſte relegi.
Quicq̃d ſit pulchrũ: qđ turpe: qđ vtile:
Plani⁹ ac meli⁹ chryſippo ꝛ crãtore dicit. (q̃d nõ
Cur ita crediderim: niſi quid te detinet: audi.
Fabula: qua paridis propter narratur amorem
Grecia barbarie lento colliſa duello:
Stultorum regum ꝛ populorum continet eſtus.
Anthenor cenſet belli precidere cauſam:
Quid paris? vt ſolus regnet viuatqꝫ beatus
Cogi poſſe negat: neſtor componere lites
Inter pelliden feſtinat ꝛ inter atriden.
Hunc amor: ira quidem cõmuniter vrit vtrunqꝫ.
Quicquid delirant reges: plectuntur achiui.
Seditione: dolis: ſcelere: atqꝫ libidine: ꝛ ira:
Iliacos intra muros peccatur ꝛ extra:

Ruſſuſquid virtus ⁊ quid ſapientia poſſit
Utile propoſuit nobis exemplar vlyſſem:
Qui domitor troie:multorum prouidus vrbes
Et mores hominum inſpexit:latumq; per equor
Dum ſibi dum ſocijs reditu; parat:aſpera multa
Pertulit aduerſis rerum immerſabilis vndis.
Sirenum voces ⁊ circes pocula noſti:
Que ſi cum ſocijs ſtultus cupiduſq; bibiſſet:
Sub domina meretrice fuiſſet turpis ⁊ excors.
Uixiſſet canis immundus:vel amica luto ſus.
Nos numerus ſumus ⁊ fruges conſumere nati:
Sponſi penelopes:nebulones alcinoiq;:
In cute curanda plus equo operata iuuentus:
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies:⁊
Ad ſtrepitum cythare ceſſatum ducere curam.
Ut iugulent homines:ſurgunt de nocte latrones:
Ut teipſum ſerues non expergiſceris:atqui
Si nolis ſanus:cures hydropicus.⁊ ni
Poſces ante diem librum cum lumine:ſi non
Intendes animum ſtudijs ⁊ rebus honeſtis:
Inuidia vel amore vigil torquebere.nam cur
Que ledunt oculos feſtinas demere:ſi quod
Eſt animum differs curandi tempus in annum:
Dimidium facti qui cepit habet:ſapere aude.
Incipe:viuendi qui recte prorogat annum:
Ruſticus expectat dum defluat amnis:at ille
Labitur:⁊ labetur in omne volubilis euum:

hoīm inuidiā inferre. Qui non moderabit̄ ire infectū volet eſſe dolor qd̄ ſuaſerit ⁊ mens. Decenter pniam deſcribit q̄ ſequit̄ iracūdos. Fingit equū tenera docilē ceruice magiſter. Exēplo adhortat̄ iuuenē cui ſcribit ad ſtudia. Nā ſtudioſum eſſe oſtendit cū ait. Dum tu declamas rome. Ruſtic⁹. ſenſus ē. q̄ illud p̄terit tp̄s quo melior fieri poſſet ſtultus ac ruſtic⁹ habend⁹ eſt:ſimiliſq; ei q̄ curſum fluminis ſpectat tā q̄ finē aliq̄ñ facturi.

¶ Argumentū Aſcenſianum Secunde epiſtole libri primi.

Teq; ſecūda monens lolli commendat homerū. Ordo ē. O lolli:ſcd̄a ſup. ep̄la monēs.i.cohortans ad virtutē te:cōmendat.i. laudat homerū:q̄ hyſtoriā cōtexens ꝓpoſuit nobis exempla bn̄ viuēdi:vt in textu patebit.

Troiani belli ſcriptorē
Argumentū poſitū ē:

ordo ē.o lolli maxime: ſup.amicorū aut cognomen eſt ego relegi.i.iterū legi:p̄neſte.i. in ciuitate p̄neſtina. ſcriptorem troiani belli.i.homerū: interea ſup.dū tu declamas.i. rhetoricā exerces rome. Sup.ip̄e homer⁹ ſcriptor troiani belli dicit plani⁹ ac meli⁹:chryſippo ⁊ crantore.i. philoſophis illis ſtoicis: q̄d ſit pulchrū.i.honeſtū:q̄d turpe.i. inhoneſtū:q̄d vtile ⁊ q̄d nō.i.inutile. Audi niſi q̄d.i.aliq̄d detinet. id ē niſi alio occupat⁹ ſis: cur ego crediderim ita. Fabula.i. faboloſa narratio:qua.i.ī qua grecia narrat̄ colliſa lento duello.i. pugna decēnali:barbarie.i.phrigū quos greci barbaros vocant (⁊ ita erit genitiui caſus) aut colliſa barbarie.i.a barbaria. in datiuo. ꝓpter amorē paridis.ſ.alexādri filij priami qui helenā vxorē menelai rapuit.cōtinet eſt⁹ id eſt furores ⁊ iras regū ſtultorū ⁊ ꝑplorū ſtultorū. Anthenor:vn⁹ ex principib⁹ troianis:cenſet.i. iudicat:p̄cidere ſup.debere cauſam belli.hoc eſt reſtituendā eſſe helenā. Quid paris ſup.cēſet: vt ip̄e ſolus regnet ⁊ viuat beat⁹:ſm iudiciū ei⁹ deprauatū:negat ſup.ſe poſſe cogi:ad reſtituendā helenā. Neſtor.rex pilij ſapiētiſſim⁹ q̄ tertiā etatē attigerat:feſtinat ꝯponere.i.finire ꝑ pacē lites int̄ pelliden.i.pellei filiū achillē:⁊ int̄ atridē.ſ.agamēnonē.amor.ſ.briſeidis ablate ab agamēnone chriſeida reſtituere coacto:vrit.i.incēdit:hūc.ſ.achillē:⁊ ira vrit vtrūq; cōiter. Quicq̄d reges.ſ.achilles ⁊ agamēnon:delirāt.i.ꝑ furorē cōmittūt:achiui.i.greci populares:plectunt̄.i.

luūt:⁊ puniunt. Peccat.i.peccatū cōmittit intra ⁊ extra muros iliacos:ſeditione.i.ꝑ ſeditionē: dolis:ſcelere:atqꝫ libidie.⁊ ira.i.ꝑ varia vitia. Rurſus.i.ecōtrario:homer⁹ ꝓpoſuit nobis vlyxē (appoſitorie) vtile exēplū ſup.ſciēdi:q̄d virt⁹ ⁊ q̄d ſapiētia poſſit. Qui.ſ. vlyxes:exiſtens domitor troie:inſpexit ꝓuid⁹ vrbes ⁊ mores multoꝝ hoim.hoc em̄ in p̄ncipio odyſſee atteſtat homer⁹:qꝫ.p ⁊:q̄ ꝑtulit.i.ſuſtinuit ad finē vſqꝫ:multa aſꝑa ꝑ equor latū.i.mare magnū:dū parat ſibi.⁊ dū parat ſocijs reditū.ex̄ñs imerſabilis aduerſis vndis rerū:vl' aduerſus.i.oppoſit⁹ vndis rerū Sed prior eſt melior lectio:ne duo ſint epitheta ſine cōiūctiōe media. Tu o lolli noſti voces.i. cantilenas ſyrenū (q̄ tres ſorores dulcedine cant⁹ ꝑtrāſeūtes ſopitos ſubmergebāt: qđ a cyrce doct⁹ vlyxes ſocioꝝ aures cera obſtruxit:⁊ ſe ad malū alligari fecit. Carmē traductū videb apud iuuenalē) ⁊ tu noſti pocula circes:qb⁹ hoies in varias feras vertebat (Eſt aūt circe filia ſolis ꝓpter pulchritudinē dicta:venefica ⁊ incantatrix maxima) q̄ ſup.pocula circes:ſi vlyſſes bibiſſꝫ cū ſocijs:exiſtēs ſtult⁹ ⁊ cupid⁹:fuiſſet turpis ⁊ excors ſub dña meretrice.ſ.circe.⁊ ip̄e vixiſſet vt alij) canis imūd⁹.i.luxurioſus:vel ſus amica luto.i.gaudēs volutabro luti. Nos.ſ. q̄ nihil oꝑamur nec exꝑimur.ſumus numer⁹.i.ad numeꝝ hoim ꝑtinētes nō ad robur aut virtutē ſicut therſites apud homerū auxit:ſed nō meliorē fecit numerū grecoꝝ:⁊ nos ſum⁹ nati ꝯſumere fruges quaſi ad nihil aliud vtiles q̄ꝫ ad gulā:exiſtētes ſpōſi.i.quales erāt ſponſi.i.q̄ cupiebāt eſſe ſponſi:hoc ē ꝓci penelopes:vxoris vlyxis.nos ſum⁹ nebulones.i.vani:⁊ fedi vt nebula:⁊ ſum⁹ iuuētus.i.multitudo iuuenū alchinoi regis q̄ vlyxē hoſpitio ſuſceꝑat.hoc eſt nos ſum⁹ tales qualis fuit iuuent⁹ alchinoi:oꝑata.i.exercita pl⁹ equo.i.q̄ꝫ equū ē in curāda cute. Cui.ſ.iuuētuti fuit.i. viſum ē eſſe:pulchrū dormire:in.i.vſqꝫ ad:medios dies:⁊ ducere curā ceſſatū.i.vbi ceſſet vl' ad ceſſandū (legit em̄ porphirio ceſſatū nō ceſſantū) ad ſtrepitū cythare:dulci em̄ ſuſurro ac ſtrepitu cythare ꝓuocabāt ſomnū. Latrones ſurgūt de nocte ſup.media:vt iugulēt.i.interficiant hoies:nō expergiſceris tu vt ſerues teip̄m:⁊ hoc interrogatiue.vel ſic.⁊ tū ſup.tu nō expergiſceris.i.excitaris de ſomno vt ſerues teip̄m ſup.a vitijs. Atqui.i.ſed certe ſi tu nolis curare ſupple ſalutē tuā:ſan⁹.i.q̄ꝫdiu ſan⁹ es:tu cures hydropic⁹.i.hydropiſi tact⁹:⁊ hoc tardū erit:q: difficilis eſt curatu morb⁹ ille:⁊ ni.i.niſi poſces librū cū lumie ante diē:ſi nō intendis animū ſtudijs ⁊ reb⁹ honeſtis:tu vigil torquebere inuidia vel amore.i.aliqua affectiōe praua. Senſus eſt hoiem ſubiectū eſſe curis aut rerū honeſtarū aut aliarū.⁊ ideo meli⁹ eſſe vt honeſtis inſudem⁹: nā ſi nō ſurrexerim⁹ poſtq̄ꝫ dormiuim⁹ qđ nature ſatis eſt: inuadent nos cure in lecto iacentes: aut inuidie aut amoꝝ. Nā cur feſtinas tu demere.i.amouere ea que ledūt oculos:ſi tu differs in annū:tempus curandi ſupple illias aut illud.quod eſt id eſt conſumit:⁊ corrodit animum:quaſi dicat prius animo q̄ꝫ oculis ſuccurrendum eſſe. Aude ſapere:⁊ incipe.quia qui bene cepit habꝫ dimidium facti (Principium enim vniuſcuiuſqꝫ rei potiſſima pars eſt) Ruſticus id eſt ſtultus ⁊ ignarus:qui prorogat id eſt extendit annum recte viuendi:expectat ſupple euꝫ dū id eſt q̄ꝫdiu amnis:id eſt fluuius perēnis ac iugis defluat. At:id eſt ſed:ille ſcilicet amnis iugis labitur exiſtens volubilis ⁊ labetur in omne euum (Acro prius legit horam non annum) Ruſticus trās amnem agrum habuit:quem colere diſtulit donec arefactum amnem videat: ſed id nunq̄ꝫ contigit:⁊ ideo nunq̄ꝫ coluit. eſt ergo ruſticus qui incipere non audet.

ACRO.

¶ Nō ſatis eſt.intelligi vult illū recte viuere:qui queſitis reb⁹ bene vtit.i.niſi vitijs fueris purus diuitie te ornare nō poſſunt Valeat.ſenſus eſt.meli⁹ eſt ſanū eē ⁊ pauperē:q̄ꝫ in diuitijs egrotare. poſſeſſor op⁹ eſt vt ſan⁹ ſit primo qui vti cogitat preparatꝫ. Sincerū eſt.i.niſi pect⁹ bonū ſit ⁊ purū.q̄cq̄d dederis nō pōt eē gratū.⁊ allegoricos dicit vas ꝑ hoīs corpe. Siculi. Sicilie duo tyranni phalaris agrigentin⁹ ⁊ dionyſi⁹ ſiracuſan⁹:hi viſum ē nullū tormētū tā grande eſſe vti inuidiā. Qui nō mo. Naꝫ furore

Queritur argentum puerīſqꝫ beata creandis
Vxor:⁊ inculte pacantur vomere ſilue.
Quod ſatis eſt cui contingit:nihil amplius optꝫ:
Non domus:⁊ fundus:nō eris aceruus ⁊ auri
Egroto domini deduxit corpore febres:
Non animo curas:valeat poſſeſſor oportet
Si comportatis rebus bene cogitat vti.
Qui cupit aut metuit:iuuat illū ſic dom⁹ aut res
Vt lippum picte tabule:fomenta podagram:

Auriculas cythare collecta ſorde dolentes.
Sincerū eſt niſi vas quodcūqꝫ infundis aceſcit.
Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas
Semper auarꝰ eget: certū voto pete finē.
Inuidus alterius macreſcit rebꝰ opimis:
Inuidia ſiculi non inuenere tyranni
Maius tormentū. qui nō moderabitur ire
Infectū volet eſſe: dolor quod ſuaſerit ⁊ mens:
Dū penas odio per vim feſtinat inulto.
Ira furor breuis eſt. animū rege: qui niſi paret:
Imperat: hunc frenis: hūc tu cōpeſce cathena.
Fingit equū tenera docilē ceruice magiſter
Ire viā quā monſtrat eques. venaticꝰ ex quo
Tempore ceruinā pellē latrauit in aula:
Militat in ſiluis catulꝰ: nūc adbibe puro
Pectore verba puer: nūc te melioribꝰ offer.
Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorē
Teſta diu: ꝙ ſi ceſſas aut ſtrenuus anteis:
Nec tardū opperior: nec precedentibus inſto.

ꝯmittimꝰ ꝙ ira flagramꝰ. Nō. e. nā ira q̄ caret rōne ꝯtractū ꝯdē nat ⁊ optat īfectū. Volet. qꝛ id facit qđ eū feciſſe penitet nimia indignatiōe. Dū penas odio. dum penas feſtinant exigit ꝑ violentiā. Animū rege. nā animꝰ niſi obedierit icipit iperare. Imperiū aūt animi ſemꝑ ītolerabile eſt. Puer. cito dū puer es ꝑcipe precepta phie. Ad lolliū ſcribit adoleſcētē oratorē. Qđ ſi ceſſas Hoc loco dehortat̄ tarditatē ⁊ hortat̄ ſtrēnuitatē. Nec tardū. i. ſi nō potes me ſequi in legendo phiam nō te expecto: aut ſi ingenioſus me p̄teris: te nō ipedio. ASCEN.

Querit̄ ⁊c. Iterū monet virtutē ſūmoꝑe q̄rēdā eſſe: reiecta ſuꝑfluarū rerū cura. Ordo eſt. Argētū. i. pecunia q̄rit̄ a nobis: ſcꝫ ⁊ vxor beata. i. diues ⁊ opportuna creandis pueris. i. liberis. q̄rit̄: ⁊ ſilue inculte pacant̄. i. domant̄ (niſi dicamꝰ ꝑ fantaſiā poetam dicere ſiluas pacari facile: dū nō vltra ꝙ ſatꝭ ē eruimꝰ eas) vomere. i. aratro: hoc ē facimus noualia: ſꝫ cui ꝯtigit qđ ſatis eſt nil optet amplíꝰ. Nā domꝰ non deduxit egroto corꝑe dn̄i febres ⁊ non deduxit egroto aīo dn̄i curas: fundꝰ nō deduxit: acerūꝰ. i. cumulꝰ eris ⁊ auri nō deduxit febres ⁊c. Opꝫ vt ſup. poſſeſſor ēt mime rei q̄ cogitat bn̄ vti rebꝰ cōportatis: valeat. i. ſit validꝰ ꝟ ſanꝰ. Et eſt duplex ſenſus. vel ꝙ nemo poterit vti recte rebꝰ ſuis niſi valeat. i. ſanꝰ ſit aīo: ⁊ hic coheret ſequētibꝰ: vel ꝙ nemo vtēs rebꝰ ſuis recte: nō valeat. Nemo ergo bn̄ vtit̄ rebꝰ ſuis niſi valeat. i. animū validū habeat. Nam domꝰ aut res iuuat. i. delectat: illū q̄ cupit ſup. pl'a hr̄e: aut metuit q̄ hꝫ ꝑdere: vt tabule picte iuuant ſup. lippū: ⁊ vt fomēta. i. medicamēta iuuāt podagrā. i. egros pedes habentē. ⁊ vt ſup. cythare iuuant auriculas dolētes: ſorde collecta. i. cōglutinata in eis: ita ꝙ ſurdaſter ſit q̄ parū audit. Nam niſi vas ſit ſincerū. i. incorruptū alieno liquore: q̄cq̄d infundis aceſcit. i. ſit acetoſum. Sperne voluptates: qꝛ voluptas empta dolore nocet. Auarꝰ eget ſemꝑ. pete voto. i. deſiderio toto: certū finē ſup. habēdi. Inuidꝰ macreſcit. i. fit macer rebꝰ opimis. i. pinguibꝰ alteriꝰ. Tyranni ſiculi. ſ. phalaris agrigētinꝰ: cui bos eneꝰ ad torquendū factꝰ eſt: ⁊ dionyſiꝰ ſyracuſanꝰ: nō inuenere. i. inuenerūt grauiꝰ tormentū inuidia: qꝛ inuidꝰ cōſumit ſeipm̄. Is q̄ nō moderabit̄. i. modū faciet ire (nō em̄ penitꝰ extirpari pōt in viro forti. vn̄ in ꝑmo ſmonū. Deniqꝫ q̄tinꝰ excidi penitꝰ vitiū ire: Cetera itē nequeūt ſtultis herētia: nec ē peccatū ex toto gn̄e. vn̄ ſcriptū eſt. Iraſcimini ⁊ nolite peccare) volet eē īfectū. i. volet ꝙ id nō ſit factū: qđ dolor ⁊ mēs ſup. furioſa ſuaſerit dū. i. qn̄ ipa mēs feſtiat penas ꝑ vim. i. violētiā: odio iulto. i. ꝙ diu odiū iultū ē. Ira ē furor breuis. i. cōmotio ſubita: eſt em̄ ſubita accēſio ſanguis circa cor. rege animū tuū: q̄ niſi paret. i. obedit: imꝑat. i. dn̄at̄: cōpeſce tu hūc frenis: cōpeſce tu hūc cathena. Magiſter. i. dn̄ator equorꝫ: fingit. ꝯponit ⁊ docet: equū docilē. i. ꝙ diu docilis ē videlꝫ ī tenera ceruice: ire. i. īgredi viā: quā eq̄s id ē īſeſſor mōſtrat. Catulꝰ. i. canis paruꝰ: venaticꝰ. i. ad venationē deſtinatꝰ: ex quo tpe. i. poſt qđ tp̄s: latrauit. i. latratu petijt ⁊ laceſſiuit pellē ceruinā: ī aula: ipe militat. i. exercet ſe: hoc ē venatur in ſiluis. O puer adhibe: nec (qꝛ hoc diceret̄ ſm̄ tertiā ꝯiugationē: qđ alibi ſꝫ nō repit̄: lege

Ira.

reꝫ potius) adbibe nūc pectore puro.i.dum pectus purū habes: verba.i.precepta philoſophica:⁊ offer te nunc melioribus ſupple preceptis aut preceptorib⁹. Naꝫ teſta ſeruabit diu odoreꝫ: quo ipſa recens eſt ſemel imbuta:id eſt vnde primā tincturam cepit: ꝙ ſi tu ceſſas:aut anteis.i. p̄cedis exiſtēs ſtrēnuus id eſt nimis velox.i.ſi mediocritateꝫ nō ſeruas ego nec opperior.i.expecto tarduꝫ:nec inſto p̄cedentibus.i.eis nō facio vt preuertam aut ante eaꝫ impedimentū. q̄ſi dicat meo modulo incedam.

Acro ¶ Acronis in tertiam epiſtolam primi libri cōmentatio.

Vli flore quib⁹ terrarum militet oris i Julius Florus ad quē hec ſcripta mittuntur in cohorte fuit amicoruꝫ id eſt inter amicos Tiberij neronis.Claudij:qui ab Auguſto imperium accepit qui natus eſt ex Julia:⁊ ideo fuit adoptiuus.Auguſti:⁊ amic⁹ Horatij. Vicinas inter currentia turres: inter ſeſton ⁊ abidon:vt Luca. Tot potuere man⁹ adducere ſeſton abido. Studioſa cohors:id eſt quid legio faciat aut ſtudioſa cohors: cohortē vocat familiaꝫ Neronis q̄ carmina facere diligebat. Nā Tyberius erat litterarum amicus.Quid titius:deridet Titiuꝫ poetam qui pindarum grecū ꝓfundiſſimū ſenſus et eloquentie in latinum ſermonem conatus eſt traſferre. Nam tragedias et lirica carmina ſcribere cepit tēporibus Auguſti:ſed liberi eius nullius momenti erant. Quid mihi celſus agit: Celſuſ fuit poeta qui alienis dictis pro ſuis vtebatur.Scripta palatinus quecunq̄ recepit Apollo. Ceſar ſibi in bibliotheca ſtatuam poſuerat ad habitum ac ſtatuam apollinis. Grex auium plumas: metaphoricos dictum: pro cohors poetarum.Quid audes.i. quas lectiōes ſequeris et legis.

Quintus Horatius Flaccus Julio Floro.

Epiſtola.III

Vli flore quibus terraruꝫ militet oris i
Claudius auguſti priuignus ſcire laboro.
Thraca ne vos:hebruſq̄ niuali cōpede vinctus:
An freta vicinas inter currentia turres:
An pingues aſie campi colleſq̄ morentur:
Quid ſtudioſa cohors operū ſtruit: hec quoq̄ cu
Quis ſibi res geſtas auguſti ſcribere ſumit: (ro
Bella quis ⁊ paces longū diffundit in euum:
Quid titius romana breui venturus in ora:
Pindarici fontis qui nō expalluit hauſtus
Faſtidire lacus ⁊ riuos auſus apertos:
Vt valet:vt meminit noſtri:fidibus ne latinis
Thebanos aptare modos ſtudet auſpice muſa:
An tragica deſeuit ⁊ ampullatur in arte.
Quid mihi celſus agit:monit⁹ multūq̄ monēd⁹
Priuatas vt q uerat opes:⁊ tangere vitet
Scripta palatinus quecūq̄ recepit apollo.
Ne ſi forte ſuas repetitum venerit olim
Grex auiū plumas:moueat cornicula riſum
Furtiuis nudata coloribus:ip ſe quid audes:
Que circū volitas agilis thyma:nō tibi paruum
Ingeniū:nō incultum eſt:nec turpiter hirtum
Seu linguā cauſis acuis:ſeu ciuica iura
Reſpondere paras:ſeu condis amabile carmen:
Prima feres hedere victricis premia.ꝙ ſi
Frigida curarum fomenta relinquere poſſes:
Quo te celeſtis ſapientia duceret:ires.
Hoc opus:hoc ſtudiū ꝑui properemus ⁊ amplı:

Si patrie volumuſqꝫ:bonis ſi viuere cari.
Debes hoc etiā reſcribere:ſit tibi cure
Quante conueniat numantiꝰ: an male ſarta
Gratia nequicꝙ̄ coit:ꝛ reſcinditur: at vos
Seu calidus ſanguis:ſeu rerū inſcitia vexat
Indomita ceruice feros: vbicūqꝫ locoꝝ
Viuitis indigni fraternū rūpere fedus:
Paſcitur in veſtrū reditū votiua iuuenca.

Cōparat aūt apibꝰ ſcriptoꝝ bonoꝝ carmen. Fomēta. oratoriā ꝛ iuris ſcientiā dicit. Additqꝫ ꝛ poeticā.q: nō ita valent amputare vitia ſicut philoſophia.ideo frigida fomēta dixit:qui ſi ſecularia poſſes dona contēnere.i.ſi quotidiana opa relinquere poſſes.Sapientiā.ad ſummā virtutē ſiue gł'iam.i.ad philoſophiaꝫ. Debes:oſtendit inter numātiuꝫ ꝛ iuliū frequenter diſſenſioneꝫ exoriri.ſed q: illis amicꝰ erat:ꝑcipue iulio:Vtrū nā reconciliati ſint ei remandet.Hoc etiā mire iā quaſi alie cauſe ſcribende ſint:ꝙ̄ recōciliationis.Mire ob hoc admonet philoſophie:que mores format.Seu ca.Iuuenilis diſcordia:aut ipoꝝ iuuenuꝫ impitia.Quia expertis philoſophie.Votiua iu.aut carmen ꝓ veſtro reditu ſcribeꝝ:aut imolabo ꝓ vobis iuuencā.nā lyrici iuuēcam immolabant.Tragici hircum. poeta autem taurum.

¶ Argumentū Aſcenſianū tertie epłe.

Plurima perquirit reditur ū Tertia Floꝝ.Ordo eſt.Tertia ſup.epła perquirit.i.interrogat floꝝ ſcꝫ iuliū floꝝ qui ſub tyberio militabat:plurima ſcꝫ de ſtatu plurimorum. ASCEN.

Vli flore ꝛc. Ordo eſt.O iuli flore ego laboro.i.ſtudeo ꝛ cupio laborioſe ſcire:quibꝰ ꝓ in quibꝰ oris terrarū militet claudiꝰ ſcꝫ tyberiꝰ nero priuignꝰ auguſti.i.ex iulia cōiuge eiꝰ et alio natꝰ: militet.i.militiā exerceat:ne ꝓ an:thraca.i.thracia.ꝛ ebrus fluuiꝰ thracie:vinctꝰ.i.impeditꝰ ne fluat:cōpede niuali.i.ꝑpetua niue ac glacie.an freta.i.maria concurrētia inter vicinas turres.ſ.ſeſton ꝛ abidon:an pingues campi ꝛ colles aſie morenť.i. detineant vos.Et laboro ſcire quid operū ſtruit cohors ſtudioſa.ſ. litterarū:ꝛ ego curo ſupple ſcire: quocꝫ id eſt etiā hec videlꝫ qs ſumit.i.aſſumit ſibi ſcribere res geſtas auguſti.hoc eſt quis diffundit.i. extendit ꝓmulgat in lōgū euū bella ꝛ paces auguſti.nā in vtriſqꝫ clarus fuit.Quid titius poeta ille ſupple facit:titius dico venturus breui ſupple tempore:in ora romana.i.laudationē ꝛ admirationē romanoꝝ:qui non expalluit.i.veritus eſt ſumere:hauſtus pindarici fontis.i.vnde pindarus lyricoꝝ laudatiſſimus odas hauſit:auſus preterea faſtidire.i. reſpuere lacꝰ ꝛ riuos aptos id eſt faciles ꝛ parabiles multiſqꝫ expoſitos.hoc eſt triuiales ſeu vulgares:vt.i.quō valet: vt.i. qualiter meminit.i.memor eſt aut mentionē facit noſtri.Ne pro an:ſtudet aptare fidibus.i.chordis aut lyricis inſtrumentis:latinis:modos.i.modulos/hoc eſt verſus thebanos.i. pindaricos quia pindarus thebanus fuit:ꝛ hoc muſa auſpice.i.auſpicāte.hoc eſt felici ſuceſſu. An deſeuit id eſt ſeuus ꝛ altiloquꝰ fit:ꝛ ampullatus.i.inflatur in arte tragica(per hoc oſtendit eū aptioreꝫ ad lyrica ꝙ̄ ad tragica)Curo etiā ſupple ſcire:quid celſus alius poeta agit (mihi adiectū eſt de more loquendi.Nā ſepe datiuū ponimꝰ:auctore Valla:ad nullū preciſe reſpicientē.vt hic. mihi ſemper dormit ꝛc.)celſus dico monitus ꝛ monendus multū:vt querat opes ſupple litterarias: hoc eſt poeticas.priuatas.i.ſibi proprias:ꝛ non furtiue vndecūqꝫ ablatas:ꝛ vt vitet.i.caueat tāgere ſcripta quecūqꝫ apollo palatinus.i.in ede camenarū hoc eſt in palatio ab auguſto ſacratꝰ: recepit.hoc eſt quecūqꝫ publice legenda in edē apollinis illata ſūt:ne ſi grex auiū.i.(per metaphorā ſumptā ex apologis eſopi)multitudo poetarū venerit forte olim .i. aliqū repetitum plumas ſuas:ipſe cornicula.i.qualis fuit cornicula nudata coloribus furtiuis moueat riſum.Nā cornicula ſublegerat ſingulis auibus plumas aliquot:proprijs reiectꝭ:atqꝫ ita in cetū auiū ingreſſa:admirationi fuit:ſed mox cognitis plumis:ꝛ repetitis nuda derelicta riſum mouit.Curo ſupple ſcire quid ipſe.i.tu audes:que thyma.i. quos libros (ꝛ hoc per metaphorā ſumptā ab apibꝰ que circū thyma herbas videlicet ſuaues ꝛ odoriferas volitantes: redolentia mella colligunt: quomodo florus optima quecꝫ legens decerpit ſibi que placeant)tu circūuolitas agilis.i.celer Ingeniū non eſt tibi paruū:non eſt tibi incultū:nec hirtū.i.hirſutū vt ager incultus vepribus ꝛ tribulis hirtus eſt:turpiter.i.indecenter:ſeu.i.ſiue tu acuis.i. exerces linguaꝫ cauſis ſupple dicendis:ſeu paras reſpondere iura ciuica.i.ciuilia:ſeu condis.i.componis carmen amabile.i.

Datiui natura

amatoriū:tu feres.i.reportabis prima.i.precipua premia:hedere victricis.i.victoriā denotantꝫ ꝙ ſi tu poſſes relinquere frigida fomenta curarum:tu ires ſupple eo quo ſapientia celeſtis.i. diuina.ſcꝫ theologia:cuius poete primi profeſſores fuerunt:duceret.Properemus parui ⁊ ampli hoc opus ⁊ hoc ſtudiū:ſi volumus eſſe cari patrie:ꝗ̃ pro ⁊ ſi volumus eſſe cari bonis.i. iuſtis viris.Tu debes reſcribere etiā hoc:an ſupple nunnantius ſit tibi cure ſupple tante:quante ſupple cure:conueniat.i.deceat ſupple tibi eſſe.An gratia male ſarta.i.conſuta.compacta.conglutinata.inita:coit.i.conſolidatur nequicꝗ̃.i.nullo modo.⁊ reſcinditur.i.ſeparat̃.At vos ſeu ſanguis calidus ſeu inſcitia rerū vexat vos feros ceruice indomita.i.more pulloꝝ equinoꝝ nondū domitoꝝ:vbicunqꝫ locoꝝ viuitis:vos viuitis indigni rumpere fedus fraternum.i.inter vos fratres ictum.Iuuenca.i.vitula:votiua.i.quam voui:paſcitur in veſtrum reditum .i. quā mactabo dijs ꝓ reditu veſtro vbi redieritis.

## Ad albiū amicū ſuū. Epiſtola quarta

Albi noſtroꝝ ſermonū candide iudex:
a Quid nūc te dicā facē ī regiōe pedana
Scribē qđ caſſi ꝑmēſis opuſcla vīcat:
An tacitū ſiluas inter reptare ſalubres
Curantē quicquid dignū ſapiente bonoqꝫ eſt.
Non tu corpus eras,ſine pectore:dij tibi formam
Dij tibi diuitias dederunt artēqꝫ fruendi.
Quid voueat dulci nutricula maius alūno
Quā ſapere ⁊ fari poſſit que ſentiat:⁊ cui
Gratia:fama:valitudo contingat abunde:
Et mundus victus non deficiente crumena:
Inter ſpem curāqꝫ:timores inter ⁊ iras
Omnē crede diē tibi diluxiſſe ſupremū.
Grata ſuperueniet que non ſperabitur hora.
Me pinguē ⁊ nitidū bene curata cute viſes
Cū ridere voles epycuri de grege porcū.

ACRo.

a Albi noſtroꝝ ſermonū candide iudex. hac epiſtola albiū Tibullū alloquitur elegiarū ſcriptorē:qui videbatur libros eius ſermonum multū laudare. Albius ille criticus fuit ⁊ ſcriptor philoſophie. Caſſi.p.hic aliquot generib⁹ ſtilū exercuit.inter que opera elegiaca ⁊ epigrāmata eius laudantur.hic eſt qui in partibus caſſij ⁊ bruti Tri. militum militauit. Quibus victis athenas ſe contulit.Quintus Varus ab auguſto miſſus vt eū interficeret ſtudentē reppertit:⁊ perempto eo ſcriniū cū libris tulit.Vñ multi crediderunt Thieſten caſſij permenſis fuiſſe.Scripſerat enim multas alias tragedias.Dederunt mediā breuē ſyllabā dederūt.Siluas.libros philoſophorū appellat.Amenas.aut q꞉ ſalubriores ſunt ſilue. Sapiēte.q ſolus ſcit moderate ſuis vti bonis.Quod aut luxurioſo per incōtinentiā:aut auaro per nimiā abſtinentiā negauit.Dij tibi fo. epycuri negant aliqđ deos curare.Hic ergo ſm ꝯſuetudinē dixit.Crumena.patrimonio vel ſacco nūmario ſiue prādiario. Curā.i. agens inter ſpem ⁊ curas quotidie puta te moriturū.monet ꝙ nihil eſſe curandū de futuro. Crede.d.ita tene oēm diē qſi in eo ſis moritur⁹.Viſes.i.qñcūqꝫ vis videre videb̄ bñ paſtū porcū.⁊ ſatyrice vituperat eā ſectā quā ſequit̃.Epycuri.qm̄ epycurei ſūmū bonū in voluptatib⁹ ponūt.Deinde qđ oē aial colūt:nul-lum edunt

ASCEN.

Argumentum quarte epiſtole primi libri.

Fortunis vti te Quarta tuis monet Albi. Ordo eſt. O albi:quarta ſupple epiſtola primi libri monet te vti tuis fortunis.dicens Omnem crede diem ⁊c.

Albi noſtroꝝ ⁊c.Ordo eſt.O Albi amice candide.i.ſine inuidia ⁊ arrogantia integer
a iudex noſtroꝝ ſermonū:qđ dicā te nūc facere in regione pedana.i.iuxta pedū oppidū. An ſup.dicā te ſcribere(Scripſit eñ tūc albi⁹ tibull⁹ poeta elegiac⁹ oīm terſiſſim⁹:elegantes elegos:quos ſuꝑaturos putat verſus caſſij poete parmēſis)qđ vincat.i. ſuperet opuſcula caſſi.i.caſſij parmēſis.An ſup.dicā te tacitū.i.ſpeculatiuū:reptare inter ſiluas ſalubres.i.varia phoꝝ ſcripta:curātē qcqđ dignū eſt viro ſapiēte ⁊ bono.Tu nō eras corp⁹ ſine pectore.i.ſine aīa

rationali: q: dij dederũt (Acro dicit dederũt mediā breuē habere: vñ legendũ eſt dederũt: non dederāt. q: nō eſt dubiũ qn dederāt primā corripiat. Sic ī buco. dī. Matri longa decē tulerunt faſtidia menſes. Nō aũt dicit deos dediſſe formā ꝯtra epycureos eſt: ⁊ ita poſſet videri ſibi contrariꝰ cũ dicet ſe epycuri de grege porcũ. niſi in prima ep̄la dixiſſet ſe nulliꝰ iuraturũ in verba magiſtri) tibi formā: dij dederunt tibi diuitias ⁊ artē fruendi ſup. diuitijs. Quid nutricula voueat maius dulci alũno ꝙ vt poſſit ſapere ⁊ fari que ſentiat: ⁊ cui gratia. fama. valitudo. contingat abunde. ⁊ victus mundus. ⁊ hoc crumena. i. ſacculo pecuniarũ non deficiente. Crede inť ſpem ⁊ curā: ꝗ pro, ⁊ inter timores ⁊ iras omnē diē deluxiſſe tibi ſupremũ. i. vltimũ: hoc eſt ſic viue qſi quotidie moriturus: quin adeo in elegis ſuis ſepe mortis meminit que īmaturũ abſtulit. Hora que non ſperabatur. i. mortis ſuperueniet grata. i. vltro nō vocata. vel vt qdā textꝰ hñt grate: ⁊ ē ablťũs ſolꝰ: nā aduerbiũ ꝑducit. Tu viſes. i. venies viſum: me pinguē ⁊ nitidũ cute bñ curata. i. habentē cutē bñ curatā: cũ. i. qñ tu voles ridere porcũ. i. hoiem voluptuoſum de grege epycuri.

## Ad Torquatum Epiſtola quinta.

ſ I potes archaicis cōuiua recumbere lectis:
Nec modica cenare times holꝰ oē patella
Supremo te ſole domi torquate manebo.
Vina bibes iterũ tauro diffuſa paluſtres
Inter minturnas ſinueſſanũqȝ petrinũ.
Si melius quid habes: accerſe: vel imperiũ fer.
Iā dudũ ſplendet focus: ⁊ tibi mũda ſupellex:
Mitte leues ſpes ⁊ certamina diuitiarũ
Et moſchi cauſam: cras nato ceſare feſtus
Dat veniā ſomnũqȝ dies: impune licebit
Eſtiuā ſermone benigno: extendere noctē.
Quo mihi fortuna ſi nō cōceditur vti:
Parcus ob heredis curā nimiũqȝ ſeuerus
Aſſidet inſano: potare ⁊ ſpargere flores
Incipiā: patiarqȝ vel inconſultus haberi.
Quid nō ebrietas deſignat: operta recludit:
Spes iubet eſſe ratas: ad prelia trudit inermem:
Sollicitis animis onꝰ eximit: ac docet artes.
Fecũdi calices quē nō fecere diſertũ:
Contracta quē nō in paupertate ſolutũ:
Hec ego procurare ⁊ idoneꝰ imperor: ⁊ nō
Inuitꝰ: ne turpe toral. ne ſordida mappa
Corruget nares: ne nō ⁊ cantarꝰ ⁊ lanx

ACRO

I potes archaicis ⁊c.

ſ Torquatũ aduocatum amicum inuitat ad cenam. Archaici. lecti humiles ab archaico fabro. qui non magne ſtature dicitur eſſe. Paluſtres. palus eſt iuxta minturnas: vbi etiam Marius latuit. Im. f. vel imperiũ fer dicitur hoc ante paſcentes reges appellabantur. inde qui ſenatui cenam poſt prandiũ dabant: in capitolio conſulē vel dictatorē rogabāt: ne ad cenā venirēt: ſe illis qd ederēt domũ miſſuros ne illos vt reges domũ deduci illis de p̄ſentibus neceſſe eſſet. Et moſchi. Moſchus ꝑgamenꝰ fuit rhetor notiſſimus vel reus veneficij fuit: cuius cauſam nũc oratores egere. nā torquatus patronus fuit cauſarũ. Ac docet artes. docȝ fatuo ſe loqui ebriũ vino exhilaratum. Corruget nares. moueat faſtidium. nā quotiens horret aliquid nares contracte rugaȝ faciunt. Cātarus: ſignificat ſe habere vaſa argētea: in qbꝰ ſuā imaginem quaſi in ſpeculo poſſit cernere. Eliminet. extra limē eijciat. foras limen efferat. q: hoc ꝓcurabo vt veniēs īuenias aut puellā aut puerũ tibi ꝯuenientē. Brutā nois ꝯuiuarũ torquati vel vt qdā brutā ⁊ ſeptimiũ puerũ. ſȝ nimis ait arte qdā moleſtũ ſibi ordiēȝ diſcũbētiũ ꝑpter libidinē aut vt ſolus cũ paucis veniret. Tu q. i. cũ quotis comitibus ad cenam meā venias. Falle. monet illum vt dũ ille ſperauerit eũ exiturũ per portam exeat per poſticum.

Oſtendat tibi te ſie fidos inter amicos:
Sit qui dicta foras eliminet: vt coeat par:
Iungaturqꝫ pari: brutam tibi ſeptimiūqꝫ.
Et niſi cena prior potiorqꝫ puella ſabinum
Detinet: ad ſummā locus eſt ⁊ pluribus vmbris.
Sed nimis arcta premūt olide cōuiuia capre.
Tu quotus eſſe velis: reſcribe: ⁊ rebus omiſſis
Atria ſeruantem poſtico falle clientem.

ASCEN. ¶ Argumentū quinte epiſtole primi libri per Aſcenſium.
Torquatū ad cenam iucundam quinta vocabit.

¶ Ordo eſt. Quinta ſup. epiſtola primi libri vocabit: Torquatū aduocatū quendā amicū horatij: ad cenaꝫ iucundā: quā etiā iucunde deſcribit.

ſ I potes ⁊c. Ordo eſt: o torquate ſi tu, potes exiſtens cōuiua meus recumbere, lectis archaicis. i. rudibus ab impito fabro ſic denoīatꝫ nec timeas cenare oē hol⁹. i. ita qȝ nihil remaneat in modica patella: ego manebo. i. expectabo te domi: ſupremo. i. extremo ſole hoc eſt ſub occaſum ſolis. Tu bibes vina diffuſa Tauro ſup. exñte: iterū. i. ſcdm cōſule ſup. hoc ē ſecūdo ꝯſolatu tauri: diffuſa dico inter paluſtres minturnas ⁊ ſinueſſanū petrinū: hoc eſt bibes vinū modicum in paludoſis locis natū: ſi habes ꝗd. i. aliquid ſup. vini: melius accerſe. i. voca me vel fer imperium. i. iuxta imperiū ſenatus mitte ad me. Focus ſplendet accenſo. ſ. igni iamdudum ⁊ ſupellex eſt mūda. i. mūdata tibi. i. propter aduentū tuū. Mitte. i. pretermitte derelique ſpes leues. i. de leuibus rebus: ⁊ certamina diuitiarū: ⁊ cām. i. defenſionē cauſe: moſchi: illius diuitis: dies feſtus ceſare nato. i. quo ceſar natus eſt hoc eſt natalis ceſaris: dat cras veniam ⁊ ſomnū: licebit impune. i. libere extēdere noctē eſtiuā que breuis eſt benigno ſermone. i. amica confabulatione. Quo. i. ad quid ſup. optem fortunā (vel ſi legatur fortuna ꝓpter pētimemerim dic: quo. i. ad quid ſup. detur mihi fortuna. i. diuitiarū copia) ſi nō conceditur vti: q. d. ad nihil. Parcus. i. parce viuens: ⁊ nimiū ſeuerus ob curam heredis: aſſidet inſano. i. proxime accedit ad inſaniā: ego incipiam portare ⁊ ſpargere flores: ⁊ patiar haberi. i. reputari: vel. i. etiaꝫ incōſultus. i. bibam quaſi ad ebrietatem. Quid ebrietas nō deſignat. i. aperit qȝ ſignatum ⁊ clauſuꝫ erat: q. d. nihil nō deſignat: ſed quidlibet. ipſa recludit. i. reſerat opta. i. occultata. Iubet ſpes eē ratas. i. firmas ⁊ tradit. i. impellit inermē ad prelia: vñ dr in georgicis. Bacchus ⁊ ad culpam cauſas dedit: vñ etiā baccho cornua dantur: ⁊ eximit. i. demit animis ſollicitis: onus. i. ſollicitudinem: ac docet artes: q2 ebrij ꝯfidenti⁹ loquūtur: ⁊ plura ſcire ſe putant ꝙ cū ſobrij: quē calices fecundi. i. magna pocula vini plena: nō fecere. i. fecerūt: diſertū. i. diſerte loquentē. q. d. neminē. quē non fecere ſolutū. i. quē nō ſoluūt in paupertate ꝯtracta: Ego imperor. i. iubeor hec ꝓcurare exiſtens idoneus ⁊ nō inuitus: hec dico. ſ. ne toral. i. qȝ toro ſupponit turpe: ⁊ ne mappa ſordida: corruget. i. i rugas trahat pre nauſea: nares cōuiuarū: ne cnō. i. etiā impor ꝓcurare: vt cāthar⁹. i. enophorū quo vinū affert: ⁊ lanx: ꝗ cibus affert: oñdat tibi te. i. tā mūda ſit vt tāꝙ in ſpeculo in eis te videas: vel oñdat facultates tuas vt iuxta mēſurā opuꝫ tuarū ſit cantarus magn⁹ aut paruus ⁊ ſiliter lanx. Et impor curare: ne ſit ꝗ eliminet. i. ex limen dom⁹ efferat foras: dicta inter fidos amicos. Itē vt par coeat: et ꝑ. i. iūgat pari: adduc ſup. tibi brutā ⁊ ſeptimiū paſitos ⁊ etiam ſabinū niſi prior cena ⁊ potior puella detinet albinū: ad ſummā. i. vt extremā potentiā dicam locus eſt ſup. mihi: et. i. etiā pluribus vmbris. i. vmbraticis viris: hoc ē paſitis ⁊ mimis. Sed capre olide. i. fetores caprini ſub alis: ꝓmūt cōuiuia nimis arcta. hoc ē ne tñ fetorē afferāt tot conuiue: paucioribꝰ ſim ꝯtentꝰ: tu reſcribe quotꝰ velis eē. i. quot tecū cōuiuas adducere: omiſſis reb⁹. i. negocijs tuis: falle poſtico. i. egrediēdo ꝑ poſticū. i. oſtiū poſteri⁹: clientē. i. ꝯſultorē a te defendēdū: ſeruātē. i. obſeruantē ⁊ cuſtodiētē atria. i. priorē ꝑtē dom⁹ ꝑ quā te putat egreſſurū.

## Ad numiciū Epiſtola ſexta.

n Il admirari prope res eſt vna numici
Solaqꝫ ꝗ poſſit facere ⁊ ſeruare beatū.
Hunc ſolē ⁊ ſtellas ⁊ decedentia certis

Acro n Il admirari. In hac epiſtola docet victurū feliciter euꝫ qui ſine admiratione oīa habiturus ſit. Ut eniꝫ oēꝫ ſollicitudinē ex cupiditatib⁹ naſci nō dubiū eſt: ita beatum in contemptu diuitiarū conſtitutū

Tempora momentis: ſunt qui formidine nulla
Imbuti ſpectent: quid cenſes munera terre?
Quid maris extremos arabas ditātis τ indos?
Ludicra: quid plauſus τ amici dona quiritis?
Quo ſpectanda modo: quo ſenſu credis τ ore?
Qui timet his aduerſa fere miratur eodem
Quo cupiens pacto: pauor eſt vtriq; moleſtus.
Improuiſa ſimul ſpecies exterret vtrūq;:
Gaudeat: an doleat: cupiat metuat ve: quid ad rē:
Si quicquid vidit melius peius ve ſua ſpe:
Defixis oculis animoq; τ corpore torpet?
Inſani ſapiens nomen ferat: equus iniqui:
Ultra q̄ ſatis eſt virtutem ſi petat ipſam.
I nūc argentū τ marmor vetus: eraq; τ artes
Suſcipe cū gemmis tyrios mirare colores.
Gaude q̄ ſpectant oculi te mille loquentem:
Gnauus mane forum: τ veſpertinus pete tectum
Ne plus frumēti dotalibus emetat agris,
Mutus: τ indignū q̄ ſit peioribus ortus)
Hic tibi ſit potius q̄ tu mirabilis illi.
Quicquid ſub terra eſt in apricū proferet etas:
Defodiet: condetq; nitentia: cū bene notum
Porticus agrippe τ via te conſpexerit appi:
Ire tamen reſtat: numa quo deuenit τ ancus.

eſſe ait. Numici. i. populi dona. Que. ſ. iudicio vtrobiq;. τ in ſpe conſequēdi: ex quibus aut dolor aut odium contingit. Torpet. i. hebz: h ē ſtupore hebet et deficit. Proferet etas: ſi ita inq̄t contēnimus virtutē: ſenſus eſt: vt iuueniunt diuitie ita τ pereunt. Uirtus ſola perpetua eſt.

¶ Argumentū. vi. ep̄le.

Normā viuendi tibi mōſtrat ſerta numici.

¶ Ordo eſt. O numici ſerta ſup. epiſtola mōſtrat tibi normā. i. regulam viuēdi ſup. recte τ ſapienter: tradit ei multos monitꝰ ſanctiſſimos q̄ legētibꝰ patebunt.

Il admirari. Ordo eſt.
n O numici. Nil admirari. i. nullius admiratione ſtupere τ capi: ē ꝓpe. i. q̄ſi: vna q; pro τ ſola res q̄ poſſet facere τ ſeruare beatū. Nemo ēm̄ beatus eſt q̄ q̄de extra ſe cupit. Sūt ſup. quidā. ſ. epicurei putātes deū nō curare mortalia: qui imbuti nulla formidine. i. nulla religiōe deorū ſpectent nulla formidine. i. ſine timore: hūc ſolē τ ſtellas: τ tēpora dcedētia. i. trāſeūtia certis momētis. Et ſi celum ſine admiratione ac timore illi cōtemplari poſſunt: q̄d cēſes: quo mō quo ſenſu et quo ore credis munera terre: vt metalla τ frumēta: ſpectanda? Quid cenſes: quomodo credis munera maris ditātis. i. diuites facientis arabas extremos τ indos: quid cēſes ludicra id eſt iocularia τ ſcenicos ludos: τ plauſus. ſ. populi: τ dona quiritis. i. romuli amici. i. munera militaria: aut magiſtratus in rep. romana cuiꝰ romulus auctor: quo inquā mō credis hec ſpectanda? q. d. minime cū admiratione reſpectu ſolis τ ſtellarū. Is qui timet aduerſa his. i. pauptatem aut repulſam: humileq; fortunā: miratur. i. ſtupeſcit fere eodez pacto: quo cupiēs ſup. ea hr̄e hoc eſt fere eq̄lis ē paſſio hec cupere τ oppoſita vereri: pauor. i. ſtupor mētis eſt moleſtꝰ vtriq;: tam cupiēti q̄ timēti: τ ſpēs improuiſa. i. improuidētie q̄dā ps exterret ſilr̄ vtrūq;: q̄d ſup. facit ad rē: an gaudeat ſup. imoderate de bonis pn̄tibꝰ: an doleat ſup. d malꝭ pn̄tibꝰ: an cupiat ſup. bona futura: an metuat ſup. mala futura? q. d. nihil: q2 eque miſer eſt. Si q̄cq̄d vidit melꝰ ve ꝑ vel peiꝰ ſua ſpe. i. q̄ ſpauerat: torpet. i. hebz τ deficit: q̄dā ſtupore ignauo: τ h oculꝭ τ aīo τ corpe defixis. i. illiſi miū affixis. Si ſapiēs: petat ipam ꝟtutē vltra q̄ ſatis eſt. i. ſi velit nimiū ſapiēs eſſe (preceptū eſt em̄ ad ſobrietatē ſape) ipſe ferat. i. portet obtineat nomen inſani. i. īſipiētis: et ſi equus. i. iuſtus petat ipam ꝟtutē. ſ. iuſtitiā vltra q̄ ſatis eſt (q2 ſummū ius ſumma iniuria) ipſe ferat nomē iniqui: hoc eſt ne ꝟtus q̄de m τ ſapiētia pōt vltra menſurā recte appeti: quāto minus fortune bo



BIBLIOTECA MARES

na: vñ ſubdit: vtens impio figurato qđ vetationē innuit. I nūc. i. vade: ſuſcipe. i. ſurſum: hoc eſt in grām accipe: ⁊ amplectere argentū ⁊ marmor vetus. i. ſtatuas marmoreas veteres: ⁊ era⁊ artes. i. opa artificioſe facta. I nūc ⁊ mirare. i. obſtupeſce: tyrios colores. i. purpuras cū gēmis. i. lapillis pciosis. I nūc ⁊ gaude ꝙ mille oculi ſpectant te loqntē. i. q: diſert⁹ ⁊ eloquens es. Et tu gnau⁹. i. oposus ⁊ ſollers pete mane. i. tpe matutino forū. i. quo res afferūt venales: ⁊ veſptin⁹ id ē tpe veſptino pete tecta. i. granaria: ne mutus vir diues: ſʒ forte mutū vocat: q: indiſertum. emetat. i. metēdo euehat agris dotalib⁹. i. quos p dotē acqſiuit: plus frumēti: ꝙ tu ſup. in foro ⁊ tecto emeris (Aut de foro iudiciali intelligit vbi acqrat quo emat) ⁊ indignū ſit. i. indigneris ꝙ hic ortus peiorib⁹. i. ignobilib⁹ parētib⁹: ſit poti⁹ mirabilis. i. admiratōe dign⁹: tibi. i. a te ꝙ tu illi: hoc eſt ꝙ tu poti⁹ debeas mirari eius diuitias: ꝙ ipe tuas. Si ſup. ſic viuitur. vt qſqȝ aliū vincere laboret: etas. i. longeuitas tpis pferet in apricū. i. ſub ſolē aut in lucē: qcqđ ē ſub terra. i. occultū in viſcerib⁹ terre: ⁊ ipa etas defodiet ⁊ condet. i. abſcondet. ſ. nitētia metalla. Cū. i. ꝙuis: portic⁹ agrippe quo nobiles cōueniūt: ⁊ via appi. i. appij: h̄ ē appia quā appi⁹ ſtrauit lapidib⁹ neapolim vſqȝ. i. quis loc⁹ celebrat⁹: cōſpexerit te bñ. i. multū notū. i. ꝙuis ſis ſpectat⁹ ⁊ clarus multꝫ: tñ reſtat. i. reliquū eſt te ire ſup. eo: q numa. ſ. pōpili⁹: rex religioſiſſim⁹: ⁊ anc⁹. ſ. martius rex bellicoſiſſim⁹ deuenit. i. in cineres: q: vt dicit in de arta. Puluis ⁊ vmbra ſumus.

Si latus aut renes morbo tentantur acuto:
Quere fugam morbi: vis recte viuere: quis non:
Si virtus hoc vna poteſt dare: fortis omiſſis
Hoc age delitijs: virtutē verba putas: vt
Lucum ligna: caue ne portus occupet alter:
Ne cybiratica ne bythina negocia perdas.
Mille talenta rotundentur: totidē altera: porro
Tertia ſuccedant ⁊ que pars quadret aceruum.
Scilicet vxorem cum dote fideqȝ: ⁊ amicos
Et genus ⁊ formā regina pecunia donat:
Ac bene nūmatum decorat ſuadela: venuſqȝ.
Mancipijs locuples: eget eris capadocum rex
Ne fueris hic tu: chlamydes lucullus (vt aiunt)
Si poſſet centum ſcene prebere rogatus:
Qui poſſim tot ait: ta mē ⁊ querā: ⁊ quot habebo
Mittam: poſt paulo ſcribit ſibi milia quinqȝ
Eſſe domi chlamydū: partē vel tolleret omnes.
Exilis domus eſt: vbi non ⁊ multa ſuperſunt:
Et dominū fallunt: ⁊ proſunt furibus: ergo
Si res ſola poteſt facere ⁊ ſeruare beatum:
Hoc prim⁹ repetas opus: hoc poſtrem⁹ omittas.
Si fortunatum ſpecies ⁊ gratia preſtet:

Acro

¶ Morbo acuto. Si inqt contēnis virtutē vt non ſummū bonum eā: ſed vba tantū exiſtimes ⁊ religionē ſpernis vt lucos ſacros nihil aliud ꝙ ligna putes. Relinque hec ⁊ vide ne quis negotiator ſuo nauigio ante occupet portū: ⁊ vide ne pdas negocia q̄ exercere potes in bithinia ⁊ cybiratica q̄ ſunt apta negociatorib⁹. Sunt em̄ loca trāſmarina. Virtutē: ſenſus eſt: ſi vis carere vitijs fuge illecebras. Putas: videt de his dicere: q̄ laudant philoſophiā nec ſequūtur: vt ſacrilegi dicūt lucū ligna. Talenta: notandū rotūdentur. i. compleant. Omne em̄ qđ rotundū eſt ab oi parte pfectū eſt. Fideqȝ: p hironiam: hoc dicunt q̄ volūt philoſophari. Mancipijs: ſenſus eſt: nolo ego talis ſis qualis cappadocum rex: qui vna re abūdat ceteris eget: ſed philoſophiā ſequere cui nihil deeſſe pōt. Exilis dom⁹: irridendi aīo hoc dicit: dum reprehendit ſuperuacua auaricie. Si res: ſi puicia: vt irridēdo magis horreres. Mercemur ſeruū. Dicit em̄ ꝙ empticius cum dño ambulās cū multitudine hūc ⁊ hūc in latus fodiēdo dicit. Date locū dño meo. Trans pōdera: pōdera lapides q̄ porrigunt p vias: vel q̄ p latera expoſiti altiores ſunt: ⁊ eſt ſenſus: q̄ manuȝ porrigant tranſituro. Vt cuiqȝ eſt: Hortat vnūquēqȝ honeſtatē amantē vt omnē hominem prout etas eius

Mercemur ſeruũ qui dictet nomina:ſceuum
Qui fodiat latus ⁊ cogat trans pondera dextras
Porrigere:hic multũ in fabia valet: ille velina:
Cui libet hic faſces dabit:eripietq; curule
Cui volet importunus ebur:frater:pater:adde:
Ut cuiq; eſt etas:ita quẽq; facetus adopta.
Si bene qui cenat:bene viuit:lucet:eamus
Quo ducit gula:piſcemur:venemur:vt olim
Gargilius qui mane plagas:venabula: ſeruos:
Differtũ tranſire forũ populũq; iubebat:
Unus vt e multis populo ſpectante referret
Emptũ mulus aprũ:crudi tumidiq; lauemur
Quid deceat:quid nõ obliti:cerite cera
Digni:remigiũ vitioſum ithacenſis vlyſſei:
Cui potior patria fuit interdicta voluptas.
Si mimnermus vti cenſet:ſine amore iociſq;
Nil eſt iocundũ:viuas in amore iociſq;:
Viue:vale.ſiquid nouiſti rectius iſtis:
Candidus imperti:ſi nõ:his vtere mecum.

expoſcit alloquatur illum. Gargilius: luxurioſus ac perditus fuit qui ſe venari ſimulabat dũ emeret apros. Cerite .c. cerites populi ſunt quos cũ viciſſent romani ſtatuerũt vt nũq̃ leges ederent nec leges haberent. Qđ multũ ignominioſum fuit. Et ꝑ hoc dũ ſm ſectã voluptuoſorum poſtponam⁹ oẽm honeſtatẽ ⁊ ſimus in numero ceritũ.i.ſine lege. Ulyſſis. Ulyſſes delat⁹ ad inſulas in quib⁹ ꝑ oues ſolis reſpõſum accepit.vt ſi vellet remeare ſocij eas nõ cõtingerent:illi pñtẽ voluptatẽ q̃ patriã elegerũt.

¶Si latus aut renes. Significat ex oĩbus ↄſtitutiõibus: qđ cuiq; optimũ videt̃ illi maxime amplexandũ vt de ſingulis ꝑ ordinem patebit qui talis eſt. Si.lat⁹ ãt renes ſup.tui tẽtant̃.i.vexantur acuto morbo quere fugã morbi.q.d.ſicut morbo corporali medelã q̃rim⁹:ita ⁊ mẽtali querenda eſt.vñ ſubdit. Uis viuere recte? Reſpon. Quis nõ ſup.velit recte viuẽ.q.d. oẽs volumus recte viuẽ. Addit poeta. Si vna i.ſola virtus põt dare hoc.i.recte viuere (q.d.q̃ ſic:q2 vtit̃ indicatiuo:nõ ſubiunctiuo:vñ q̃dã exponerent.ſi põt.i.q2 põt) tu fortis age hoc.i.ſectare virtutẽ omiſſis reb⁹.i.diuitijs. Sed ſup. ſi putas ꝟtutem ꝟba.i.ſictitiaꝫ ꝑhoꝝ inuentionẽ ⁊ in ſolis ꝟbis eoꝝ ⁊ nõ in re ↄſiſtere:vt.i.q̃liter putas ſup.aut q̃dã putant lucũ.i.ſiluã inceduã.i.q̃ nũq̃ incidit̃ ꝑpt̃ lucis ac numinis pñtiã: quã gẽtilitas illic vbi lucũ cõſecrauit eẽ credebat:q̃re vetitũ ẽ in ſacris lr̃is iudeis ne lucũ ſtruãt:vt inquã putas lucũ eẽ ligna ſup.ſola ſine numine aut diſcretiõe a ſiluis nõ ſacrꝫ:hoc ẽ ſi neq; in ꝟbis ꝑhoꝝ ꝟtutẽ ꝑcipiẽtiũ aliq̃d rei:neq; in lucis aliq̃d numinis putas:caue ne alter occupet port⁹ prior te.i.fac ne q̃ſq̃ ſit prior te in portu q̃ e nauib⁹ ⁊ vt ꝑſius dicit: e ſitiẽte camelo merces tollat:hoc eſt totã curã adhibe ad res cumulandas in q̃b⁹ beatitudinẽ collocaſti.ne perdas negocia cybiratica.i.ne ꝑdas operã in mercibus cybiraticis q̃ ad te vehũtur ex cybira magna vrbe in aſia iuxta ſindã vt dicit ſtrabo:ne ꝑdas negocia bithina.i.opam in mercib⁹ ex bithinia aduectis:⁊ fac ſup. vt mille talenta.i.mille grauiſſima pondera:eris argẽti aut auri:rotũdent̃.i.cõpleant̃ ſm acronem: quia oẽ rotundũ completũ ⁊ perfectũ:vel rotũdent̃.i.accipiãt monetã aut formã pecunie q̃ rotunda eſt:⁊ fac altera totidem.i.altera mille talenta:⁊ porro vt tertia mille talẽta ſuccedant: ⁊ ſup.ea pars:q̃ quadret.i.quadratũ faciat aceruũ.i.quarta millia ſup.ſuccedãt. Scilicet.i.ſcire licet: hoc eſt:ideo certe:q2 pecunia regina donat vxorẽ cũ dote:⁊ fidem ⁊ amicos ⁊ genus.i.generoſitatẽ ⁊ formam.i.formoſitatẽ. Ac ſuadela.i.ꝑſuadendi virtus (q̃uis alij aliter quoq; legant) ⁊ venus.i.venuſtas ⁊ gratia dicendi:decorat.i.exornat hñ nũmatũ.i.multos nũmos hñtem: hoc ẽ ſi tibi ꝑſuaſum eſt nihil poſſe deeſſe neq; vxorem diuitẽ:neq; fidẽ neq; amicos neq; generoſitatem neq; formoſitatẽ neq; g̃ram ac venuſtatẽ dicẽdi habita pecunia:totis virib⁹ ei hñde ſtudeas:q2 rex cappadocũ locuples.i.diues mãcipijs.i.ſuis ⁊ ancillis eget eris: ⁊ ita beat⁹ nõ ẽ.tu q̃ ne fueris hic.i.rex cappadocũ:vt ſolũmõ ſuos habeas:inuit etiã vt nõ ſis luccull⁹.i. chlamydũ

ASLEN.

Lucus

dūtaxat:hoc eſt rerū ſupfluarū diues vt lucullꝰ.vñ dicit Lucullꝰ vt aiūt,rogatꝰ ſi poſſet ꝓbere ſce
ne.i.ad ludos ſcenicos exhibēdos:centū chlamydes.i.vt nūc dicūt mātellos:ait.i.rñdit: qui.i.
quō poſſim ſup.ꝓbere:tot ſup.chlamydes(neſciuit eñ an centū haberet)tñ ⁊.i.parit querā ⁊
mittā ſup.tot quot habebo vel id qđ habebo:⁊ ſcribit ad eū.ſ.a quo rogatꝰ erat:paulo poſt.q̄nqȝ
milia chlamydū eē domi ſup.ſue:⁊ vt tolleret.i. auferet partē chlamydum vel oēs chlamydes.
Et ſcribit ſup.ꝙ domꝰ eſt exilis.i.tenuis ⁊ paupcula:vbi nō ſupſunt.i.plus ꝙ ſatis ſunt multa:⁊
fallūt.i.latent:dñm.i.poſſeſſorē eoꝝ:⁊ ꝓſunt furibꝰ qui ea ſine inquiſitione dñi furari poſſunt.
Ergo ſi ſola res.i.ſi ꝑſuaſum eſt ꝙ ſola res pōt facere ⁊ ſeruare beatū:repetas hoc opꝰ primus.i.
pmo loco.i.añ oīa:⁊ omittas hoc opꝰ.ſ.diuitiarū acq̄rēdaꝝ poſtremꝰ.i.poſtremo loco.hoc eſt ſo
lis diuitijs accumulandis inſudes.Et hec de virtute ⁊ diuitijs:nunc de honoribꝰ ⁊ dignitatibꝰ.
